









158.

87.  
F  
HENRICI CHRISTIANI SENCKENBERG  
DISQVISITIO  
DE  
F E V D I S  
BRVNSVICENSIBVS  
ET  
LVNEBVRGICIS

FIDE MONUMENTORVM  
HIC EX ORIGINIBVS ADDITORVM  
ET VSVS



GOTTINGAE  
Recusae Impensis, VICT: BOSSIGELII, MDCCCLV.

186  
HENRICO CHRISTIANI SENCKENBERG

DIGESTIO

DE

E E V A D I S

B R U N S W I C H E N S I B A S

B A L D V S.

T I

Inveniendis inventa non obstant: multum adhuc laboris su-  
perest, multumque supererit ad finem usque Seculi. Pri-  
ma laus est invenire utile, proxima de inventis & prout  
convenit Seculo praesenti recte iudicare, eademque appli-  
care.

HIC EX ORIGINIBAS ADDITIONIBVS

ET USQ



GOTTINGER

BIBLIOTHECA ALTA: GÖTTINGER MUSEI



## PRAEFATIO.

Diu est, ex quo *Disquisitionem de feudis Brunsuicensibus* meditor. Malum iam ideo factus nomen, cum eam me editurum, receperim. Exsolvo tandem id quod promisi, iam abituriens, iam alterum quod aiunt, pedem, in terra Hassiaca habens. Quid me hoc usque impediverit, neverunt omnes, qui scripta nostra legere solent. Ita vero acceleranda fuit haec oppella, ut plane nesciam, auctoribus sit factura satis. Praesertim cum maiorem in Brunovicibus rebus lectionis copiam cognitionem vobis requirat, atque mihi esse video. Habui quidem, dicendum enim & hoc est, Apparatum aliquem, e Scriptoribus bonae notae collectum; instructus sum Praesidiis, Virorum quorundam ILLVSTRISSIMORVM & PERIL-LVSTRIVM beneficio debitiss; obtigerunt manu scriptae tabulae optimae notae. Quae reliquis defuerunt, praefiscine dixerim, diligentia supplere studui. Non parvum etiam usum praestiterunt, REISKII & Illustris LEYSERI, de feudis Brunsuicensibus opellae, queis in quam plurimis uti licuit, eo tamen modo, ut & nos usos profiteremur, & non semper usos esse, ipsa lectio, satis in aprico sit positura. Quo ipso simul occurrentum erat dubio,

A

quod

## PRAEFATIO.

quod alias non nullis subnasci potuisset, nimirum, me in sparta iamiam, idque non sine applausu occupata, superfedere potuisse scriptione, & meam qualemcumque in rebus feudalibus cognitionem, aliis non occupatis, tempore magis commodo destinare. Sed cum ego eas res Brunsvicenses praecipue dicere constituerim, quae portionem Lunaeburgico - Cellensem, & Calenbergica concernunt; Brunovicensia autem Guelpherbytanae partis, utpote à Reiskio & Leysero paulo amplius deducta, auctoribus suis propriis relinquere, & per transennam quasi, tantum eis aliqua verba dare constituerim, me actum agere, vix credent rerum gnari. Ad haec ex antiquitate & alias multa monenda sunt, quae usque huc aut plane omissa, aut tamen non eo modo, quo nobis id fiet, monita sunt. Sequemur in dicendo eum ordinem, quem in *Elementis Iuris Feudalis* tenuimus, ut tamen Scriptorum apparatum, primo collocemus loco, & dicenda, ne nimii simus, quodam modo contrahamus. Tene ergo hanc seriem: Habes CAP. I. *Fontes & scriptores feudorum Brunsvicensium*. CAP. II. *de origine feudorum Brunsvicensium, orumque differentia ab aliis beneficiorum generibus*. CAP. III. *de personis Eeuda dantibus & acquirentibus, rebus in feudum dandis, & modo acquirendi*. CAP. IV. *De iuribus & obligatione Domini pariter ac Vassalli*. CAP. V. *De dissolutione binius Contractus, vel in tantum vel in totum*. CAP. VI. *de Iudicio feudali, actionibus & Processu, nec non differentiis feudorum*. Erit hoc perenne mei in res Brunsvicenses studii monumentum, cui terrae datos PRINCIPES administratos, venerari nunquam desinam.

Dab. in Georgia Augusta d. VII. Septembr.

ccccxxxviii,

CAP. I.

## C A P . I.

FONTES ET SCRIPTORES FEVDORVM  
BRVNSVICENSIVM.

## ELENCHVS.

- §. 1. *Jus Feudorum Brunsuicenses consuetudinarium, olim fuisse certum.*
- §. 2. *de Vetere autore de beneficiis.*
- §. 3. *de comparatione consuetudinum feudalis Anglicarum. De Jure feudali Saxonico.*
- §. 4. *de Juri Saxonici Fendalitatem antiquam & novam, &*
- §. 5. *de Legibus & consuetudinibus Provincialibus.*
- §. 6. 7. *de Scriptoribus, qui feudorum Brunsuicensium obiter habuerunt mentionem*
- §. 8. *De Scriptoribus horum feudorum propriis.*

## §. I.

Pulcre ageretur cum Feudis Brunsuicensibus, si certa esset norma legalis, quam hic sequi daretur, sed haec tenus quidem, plurima sunt incerta. Antiquissimo tempore, haud secus ac in aliis Germaniae regionibus, *omnia consuetudinibus regebantur*, quae Assessoribus iudiciorum Provincialium & Scabinis nota erant, secundum consuetam pronunciandi formulam, nach Landes Recht und Gewonheit, unde non poterat non Ius certum oriri. Nec alia re, quam Responso curiae feudalis Provincialis opus habebant ii, inter quos, de Iure certo dubium oriebatus. Respondebant enim hae curiae querentibus de Iure, & ita respondebant, ut iudicibus, ab eorum placitis recedere non licet, per sententias communes, vulgo gemeine Ordel; unde aliquatenus

tenus orta esse, communia Iudiciorum Imperii summorum Decreta, fortassis haud abs re, alibi censui. (a) Profecto in hoc terrarum tractu, longe diutius hae sententiae de Iure communi, sive haecce responsa recepta fuere, id quod praecipue in luce ponunt ea, quae Vir eruditissimus RHEMMEYERS, (b) ab anno 1510 xc. non nullibi reperiit. Praeclare ageretur cum Germania, si hocce Iure adhuc vteremur, omnium enim optime, de Iure in territorio recepto responderent ii, qui iudiciis cottidie assident, nec eo modo perire possent ea, quae interpretationem certam semper habuerunt. Sed aliis moribus, patria nostra regitur.

### §. II.

Conscripterunt aliqui libellos, de hisce in vniuersum receptis consuetudinibus; & quod ad Saxoniam nostram inferiorem attinet, praecipue se ficit A V C T O R Anonymus libri Veteris de Beneficiis, beneficialis Iuris, si quisquam alius peritus. Huius libelli fata recensere extra oleas foret, praefertim cum & alii id egerint, & nos in hoc stadio desudaverimus. (c) Eum Saxoniam suam praecipue respicere, vel Partis I. §. 10. indicat, vnde etiam speculator Saxo, eum in describendis beneficialibus Iuribus vbiique est secutus, nisi forte, eundem auctorem adgnoscat. Et fuerunthi mores feudales, quos libellus noster exhibet, in Saxonia inferiore,

mul-

- (a) Adde hic Viri Cl. HALTAUSII Epistolam de Jure Publico certo in medio aevo & Parerg. Gotting. Tom. I. Part. II. in eaque Observationem de communibus Decretis.
- (b) Chronic Brunsuicensis praefat. p m. 10. vbi quidem de villicis agit. quod tamen Decreta haecce communia, adhuc substituisse demonstrat.
- (c) B. THOMAS. Diff. de libri veteris de beneficiis autore, fato, vetustate. SCHAVMBVRG peculiari Programmate B. STRVV. Hist. Iur. cap. VIII. §. 15. Dn. MASCOV. Hist. Iur. Br. Lunaeb. p. 15. Pr. lineaes meac Iur. Feud. §. 75.

FONTES ET SCRIPTORES

v

multis etiam postea Seculis receptissimi. Duae huius libelli habentur editiones, antiqua HAVIC HORSTIANA, Colon 1570. cum Duarenii Commentariis in consuetudines feudorum in 8. impressa, & THOMASIANA Halae Saxo-num 1708. in 8. primum excusa, postea renovata. Quam vero optarem, magnum illud Iurisprudentiae sydus B. HERTIVM, ex Codice, quem possipebat membranaceo, (a) & veteri Exemplo impresso emendatam Editionem dare potuisse; vitiis enim vtraque editio, nec non ea, quam ex Thomasiano Exemplo dedit BVRGEMEISTERVS, scatet. Tentabo, an Hertiana alicubi eruere liceat, quod si minus successerit, mihi non deero, & nihilo minus emendatissimam editionem veteris huius libelli, ut & reliquorum Iuris Feudalis fontium curabo, illam in autore de beneficiis emendando secuturus normam, cuius Specimen alicubi iam stiti. (b) Mirabere sane, si huc usque totum ordinem confusum, capita transposita, paragraphos discriptos, & rursus non satis apte coniunctos didiceris, vnde profecto manu medica hic, si vllibi, per videtur opus.

§. III.

Consuetudinum harum terrarum antiquissimarum quod restat, dabit Guilielmi NICHOLSONI Episcopi Derrenfis Dissertatio Epistolaris, de Iure feudali veterum Saxo-num, Wilkinsi Legibus Anglo-Saxonis, 1721. in fol. maj. Londini editis, praefixa. Adderem huc reliquos Iurisfeudalis Anglicani Scriptores, quos alibi recensitos deprehendes (c) Cum enim Angli, & religui iis coniuncti populi, qui Romanis Britanniam extorserunt, aut vicini, aut tan-

A 3 tum

(a) docentibus litteris apud B. THOMAS. de libri veteris de benefic, autor. §. 51.

(b) in Prodrromo Iur. Feud. Append. 2.

(c) praefat LVDEWIG de Iure clientelari Germ. p. 16.

tum non domestici his regionibus fuerint, quilibet vel metacente comprehendet, magnam eorum in Britanniam alatam Legibus beneficialibus, cum iis, quas hae terrae collunt, fuisse convenientiam. Non autem caruiste hos populos feudalibus Institutis, cum primum in Angliam deferrentur, infra (§. IX.) de monstrabitur. Subiecto Anglicanis *Vetus Ius Saxonum* feudale, cuius huc usque optima editio illa est, quam B. SCHILTERUS, ex MS. Lipsiensi, Commentario ad Jus feudale Alemannicum inseruit, qua tamen emendatior, & dari potest, & D. V. dabatur. Sensere iam alii, Ius hocce his in terris valuisse, (a) & mihi nulla dubitandi se offert ratio. Erant profecto terrae Juris Saxonici, & plura Speculorum Exempla hic deprehenduntur, ad haec quam plurima feudalia instituta, Saxonici quid sonant. Forte partes aliquas hic sibi vindicavit Liber III. des *Rayserrechts*, qui apud me MStus habetur, & de feudis agit. Cum autem de hoc certi non simus, silere, quam incerta proferre malum. Hi vero cuncti, antiquissimi & antiquiores Iuris apud nos fontes, per recentiores Leges & observantias, postea multum viti fecerunt, ut plane de eorum valore, in omnibus hodie dubitetur.

## §. IV.

Dantur profecto non nulli, qui, num Ius Feudale *Saxonum* unquam hic valuerit, in dubium vocant. Hi vero eo ipso produnt, sibi antiquiora non satis innotuisse. *Balthusar* certe *CLAMMERVS*, (§. XLIX.) qui pretia aedificiorum feudalium, ad normam Iuris Saxonici, in terris Celensisbus non refusa esse testatur, & *Ludolphus SCHRADE-RVS*, suo aevo Ius Saxonum in feudis ubilibet viguisse adstruens, (b) satis idoneas probationes suggerunt. Et in civi-

(a) III. Collega *MASCOV*. Hist. Iur. Br. *Lunaeb.* p. 14. sq.

(b) *Consil.* 6. n. 1. sqq. & n. 39. sqq. ubi late hanc rem perorat.

civitate Luneburgica, Saxonica Iura, tam in feudalibus quam alodialibus continuantur vel hodie. (a) Omnia quoque Saxonica sunt, in diplomate de an. c. 1500 xxx. quod adduxit Dn. GRVPE. (b) Imo cum plura dentur, Iuris Saxonici generalem observantiam in alodialibus demonstrantia, de feudalibus certe, non multum haerebit dubii. (c) Non nulla quoque se infra passim sistent, quae adhuc hodie observantur. Ut ut vero haec ita sint, in eo tamen Iuris Consultos harum regionum vnius animi esse deprehendas, non nisi reliquias Iuris Saxonici hodie superare, de caetero, si aliud probari nequeat, recurrendum esse, ad *Ius commune Feudorum Longobardicum*. Qua in re hoc demonstrationis filo vtuntur, quod per Constitutiones Provinciales Ius Saxonum totum abrogatum, contra Ius Civile Romanum adoptatum sit, cuius cum pars sit Ius Feudale Longobardicum, non potuerit non, hoc simul esse receptum. Et in hanc fere mentem abeunt, tum ii Doctores, quorum Meditationes manu scriptas, de praxi testantes, SVMMI CVIVSDAM PATRONI beneficio legere licuit, tum etiam post ENGELBRECHTVM, (d) noster MASCOVIVS. (e) Qua in re tamen ego non nulla dubia alo, quia Jus Civile & Ius feudale separata Iura sunt, adeoque si abrogatio huc trahi deberet, id omnino dici debuisse, nec ea praesumi queat.

Non

- (a) B. PVFENDORF Introd. ad Process. Civ. Part. III. c. 22. §. 19.
- (b) Observat. I. p. 560 sqq.
- (c) v. g. Gerada & He ergewetta ex Ord. Proc. Cell. c. 26. & Recessus Provinc. a. 1592 quo etiam pertinet notum illud Witzemühlen recht, nou nisi merum Ius Saxonum exhibens apud, MASCOVIVM in Appendice.
- (d) de genuinis Decision. Iuris fontibus, in terris Brunsuico-Lunaeburgicis §. 18.
- (e) Notit Iur, Brunsuico-Lunaburg p. 14 sqq.

Non me fugit, quid hic differuerit III. LEYSERVVS, (a) ad experientiam provocans. Sed & hanc ego non novi, cum per inferius de oblatione feudorum, relevio, Investitura simultanea, constituto feudalii, fructibus feudi iudicio Parium curiae & aliis multis capitibus dicenda, receptio Longobardicorum, in praxi admodum dubia reddatur, imo tantum non evertatur. Ut nunc taceam, tam Regi quam subditis melius fore consultum, si patria instituta hic retineantur, praesertim cum hodie, à TUTAMINE IURIS SAXONICI, si recte rem consideres, ad huius terrae Principes pertinentie, nihil amplius sit periculi.

## §. V.

Sed de his, ego quidem facili negotio, cum adversariis transegero. In eo tamen ingens nascitur consensus, quod *Provincialia Statuta & consuetudines*, utriusque horum Jurium, utrum demum alteri praeponderet, in causis decidendis praefferenda sint. Ad primum genos spectant (1) ea quae in Recessibus Comitiorum Provincialibus, & Legibus generalibus, (2) Pactis Principum successoris, & de familia herciscunda initis, (3) etiam specialibus curiae feudalis dispositionibus habentur. Ne vero quod ad primum membrum longior sim, facit MASCOVII supra laudati industria, qui omnia loca ē Constitutionibus Provincialibus excerpit, quae passim inferius occurrent. (b) Ad secundum membrum praecipue hoc pertinet, quod Rrincipes de feudis, in commodum Vasallorum, si ad se devoluta sint iterum dispensandis, non nunquam paeti sunt, quodque de feudis, non nisi communi consensu distribuendis occurrit. Ad tertium autem refer, varias impresas curiae feudalis Constitutiones, v. g. de Praestandis Feudalibus & aliis quam pluri-

(a) Diff. de feud. Brunsbic. cap. 2. ab initio.

(b) Notit. Iur. Brunsbic. Lunaeb. p. 16. lqq.

mis, ex quibus optima quaeque, suo loco & ordine, expondere dabitur. Consuetudinum autem particularium farrago, praecipue in ipso Investiturae actu deprehenditur, sicut eas, cum eo delati fuerimus, referemus. Et hisce quidem Iurium Fontibus, gaudent terrae Brunsvico-Lunaeburgicae, quibus egregie succurrent Diplomata, ex quibus singula, praesertim consuetudines concernentia, magis poterunt addisci, magisve firmari.

## §. VI.

Iam ad *Scriptores*. Non adeo multos vero habemus, qui Feudis nostris deditissent operam. Inter antiquissimos celebratur, *Balthasar CLAMMERVS*, Cancellarius Lunaeburgicus, *Promptuarii tam Iuris Civilis quam Feudalis scriptor*, quod saepius, & adhuc c. 15 cccxxxvi. ni fallor, Lipsiae in 8. editum est. Habetur in illud *Commentarius Ioachimi SCHEPLITZ*, cuius Editionem quandam, Francofurti 1599. in 8. emissam, percurrere contigit. Ei vero, cum in servitio Lunaeburgico diu fuerit constitutus, multum olim tribuere solebant, hodie vero, eius non magna floret auctoritas. Seio, fuisse aliquos, qui *Johannis Thomae CLVDII*, succinctam totius Iuris Feudalis delineationem Helmst. 1639. 4. hoc loco censerent; sed sine re, cum nil Brunovicente in eo deprehenderim. Nec tamen nego, ex omnibus Consiliariorum Brunsvicensium & Professorum antiqui aevi scriptis, nec non aliis etiam, qui de rebus, terras Brunouicenses concernentibus, tantum fuerunt consulti, aliquid hic faciens depromi posse. Inde hanc in rem commendo opera *STUCKII*, *SCHRADERI*, *BORCHOLTI*, *HOMBORGII*, *KLOCKII* Consilia ac Relationes ex vicinia, *ALEMANNI* quaedam, *KNICHENII* deinde, à *WEYHE*, & *ENGELBRECHTORVM*, *Dn. KRESSII* ac *Dn. de GOEBEL* scripta cun. Et, quorum tamen non nulla, ut in specie hic referenda, paulo inferius adducemus.

B

§. VII.

## §. VII.

In primis quoque *Leopoldi Alberti SCHOPPI libelli*, Brunsvicensibus abundant. Refer huc thesaurum eius feudalem Practicum, Hemipoli 1678. 4. & ridiculo titulo insiginem, tractatus fidelis de alodiis materiam Hal. Sax. 1673. 12. (a) Vnde vero huic Brunsvicensia obvenerint, non adeo constat, nisi ab Henrici Iulii tempore, Halberstadii non nulla remanserint. Illustris amici, *Dav. Georg. STRUBEN* Cominentatio de Iure villicorum, cum observationibus Iur. Germ. Hildes. 1731. 4. recusa, ut & reliqua scripta, multa hue spectantia sistunt. Plura deprehenduntur, in Iurium deductionibus *BILDERBECKIANIS* & *LVBBIANIS* nec non *LIEBHABERIANIS*, (b) de Venatione & Iurisdictione agentibus. Aliqua lectu digna suppeditant *GOEBELII* Dissertatio de singularibus quibusdam praediis rusticorum, quae sunt in terris Brunsvigo-Lunaeburgicis & vicinia Helmst.

1727.

- (a) Recte de hoc auctore iudicat III. LEYSERVVS Med. ad π Spec. 325. med 7. Hic certe liber Feudalis, Thesaurus ab eo dictus, lerna potius est, quam thesaurus.  
 (b) Primum scriptum est: Gründliche Deduction, gegen die vermeintliche Regalität derer Jagten. 1723. fol. (aut *Bilderbeck*)  
 (2) opponebatur: Gründliche Bewährung des Sr. Königl. Majestät in dem Herzogthum Lüneburg zustehenden Jagd-Regals. 1724. fol. (aut *Lubbe*.) (3) Deduction daß dem Closter S. Michael. in Lüneburg die Iurisdiction omnimoda, über seine Leuthe und Höfe zustehe. Lüneb 1722. fol. (aut *Bilderbeck*.) (4) Ausführung des Sr. Königl. M. Aemtern zustehenden Rechts, gegen des Closters S. Mich. zu Lüneburg Praetension auf die Iurisdictionem omnimodam 1723. fol. (aut *Liebhaber*.) (5) Gründlicher Bericht von denen General-Landes privilegiis 1723. fol. (aut *Liebhaber*) (6) Ohnumgängliches Additamentum zu der 1723. pro Regie herausgekommenen Ausführung 1723. fol. (aut *Lubbe*.) (7) Wiedergabe des Berichts von denen Landes privilegiis. 1734. fol. (aut *Bilderbeck*.)

1727. & altera de iure & iudicio rusticorum fori Germanici. Ibid 1721. 4. nec non Helmstdt. Nebenstunden Part. 2. cap. 2. vbi *VIR ERVDITVS*, satis multa, ex variis fontibus conduxit. Pertinet quoque ad hunc locum. *Georgii ENGELBRECHTI* Dissertatio de servitiis Vasallorum militaribus, Helmst. 1706. quae terras Brunsuenses praecipue concernit. Quae apud Dn. GRVPE, in Observationibus, B. PFEFFINGERVM, tum in Historia domus Brunsuico-Lunaeburgiae, tum in Vitriario illustrato, B. *de PVFENDORFF* in Procesu, KREBSIVM in dem teutischen Reichstaat, RHETMEYERVM in Chronico Brunsuico-Lunaeburgico, & alibi sparsum extant, suo loco adducam.

## §. VIII.

Converto me nunc ad eos, qui de Feudis Brunsuicensibus, singularibus opusculis egerunt. Primus in hoc numero est, *Illustris Halensium Cancellarius de LVDEWIG*, qui in notis suis ad Strykii Examen, non nulla de feudis Germaniae in genere, interque ea caput de Brunsuicensibus Auditores suos describere passus est, quae tamen Notitia, ob idoneorum monumentorum defectum, ne semiplena quidem est. Generalem itidem aliquam delineationem, quae ad eum pervenerat, subiectis monumentis dedit *LVNIGIVS*, Corp. Iur. Feud. Germ. p. 1354. sqq. cui adde ea, quae in Tr. von der mittelbahren Ritterschaft in Teutschland, p. 1204. sqq. proculit. *Ego quoque lectionibus meis* in primas Iuris Eudalis lineas, quibus & ipsis Brunouicensia quaedam inspersi, *theses de Iure Feudali Brunsuicensi*, in discursu latius explicatas, subiicere solitus sum, quae passim descriptae habentur. Primum vero hic locum tenere debebant, quae sequuntur. *Iohannis Christiani REISKII* Ipecimen de feudis Brunsuicensibus, *Halae Venedor.* 1716. 8. paucis plagulis, non adeo multo labore constans. Et hoc scripto longe melior, Autoris *WISMANNI*, sub Praesidio

Viri Illustris, & de tota Iurisprudentia large meriti, Augu-  
stini LEYSERI de feudis Brunsvicensibus Dissertatio, quae  
Præsidis accessionibus, locupletissima effecta est Hemst. 1720.  
4. Plures vero qui hoc facerent, mihi non obvenerunt.

## C A P. II.

### DE ORIGINE FEVDORVM BRVNSVICENSIVM, EORVMQVE DIFFERENTIA AB ALIIS BE- NEFICIORVM GENERIBVS.

#### S C H E M A.

- |  |   |
|--|---|
| §. 9. de origine feudorum in terris<br>Brunsvicensibus, & quod satis an- | §. 11. de beneficiis aulicis & officio-                           |
| tiqua apud nos habeantur moni-   | rum nomine concessis.   |
| menta fundatia.  | §. 12. de beneficiis, rusticis.                                   |
| §. 10. de beneficiorum differentiis, &                                   | §. 13. de beneficiis, inter militaria<br>& rustica fluctuantibus. |
| beneficiis Ecclesiasticis.   |   |

#### §. IX.

**Q**vando beneficia militaria in his terris primum orta sunt, non difficile dictu videtur, cum Germanis, omni tempore beneficia militaria fuisse, iam diu demonstraverim. (a) Semper minor in bello servivit maiori, vt adeo non multo sudore hic opus esse existimem. Nec ab Henrico Leone demum, in his terris feudorum origo repetenda. Invenio equidem, in autoribus à PFEFFINGERO adductis,

(a) eum

(a) *Pr. lin. Iur. feud. §. 126.* Iqq. Anglis quidem, & eorum fratribus viciniis Holstatis, feuda non usurpata, & in Angliam demum à Guilermo Conquæstore introducta esse, CRAGIVS de feud. Scot. Lib. I. cap. 7. & SPELMANN Gloss. voce *feudum* coniecerant; Sed aliud docuit S. R. Episcopus NICHOLSON de lure feudaliter veterum Saxonum p. 4 primas origines, antiquissimis Saxonibus vindicans.

(a) eum multa concessisse feuda; invenio id etiam in aliis; nihil vero hoc, ad originem feudorum. Potius longe antiquiora feudorum, in his terris ocurrunt vestigia, & ut in praesens vel vnicum addam, ipsi Comites de Brunsvic, Regum Ducumve nostrorum maiores, iam anno <sup>c.</sup> LXXIV, ab Abbatia Gandersheimensi feudum tenuerunt, teste Diplomate, quod quia brevissimum est, & alia quoque docet, hic insero. *Echbert Marchio, Comes de Brunsvic, recognoscere per presentes.* Quod ab Adelbeyde Abbarissa cenobii Gandershem in pheodo teneam curtem Ghyfborn & castrum Wolferbotle cum omnibus iuribus & pertinenciis, ac Advocatiam in Erch & Tenestede. Promito igitur & spondeo, me Abbarissam predictam & Ecclesiam Sanctorum Anastasii & Innocentii pro posse defensurum & ab omnibus improborum invasionibus vindicaturum. Data in Brunsvic IIII. Idus Iunii anno, incarnat. Domini c<sup>o</sup> LXXIV. (b) Cum vero hi Comites, Dominis de Wolferbotle hoc castrum in subfeudum dederint, & origo tam feudi quam subfeudi nesciatur, satis mature minimum, Exempla feudorum comprehendi, dicendum est.

## §. X.

Feuda militiarum causa sunt comparata, vnde facile à reliquis beneficiorum speciebus, Ecclesiasticis nimirum, aulicis & rusticis distinguuntur. Nouerunt autem terrae Brunonicenses, & haec beneficiorum genera. Quod ad Ecclesiastica, primo notae sunt Inuestiture Episcopatum Slauicorum, Aldenburch, Michlenburch, Raceburch, Henrico Leoni, per Fridericum I. confirmatae. (c) Deinde ad

B 3

duco

(a) Vitriar. Illustr. Tom. II. p. 365. sqq.

(b) Apud HARENBERG Histor. Gandersh. p. 1379.

(c) MADFR Antiq. Brunsvic. p. 121. CRANTZ Lib. VI. Metropol. c. 38. ANON. Götting. Hist. P. II. p. 238, sqq. PFEFFING. Vitriar. Illustr. Tom. II. p. 164.

duco ea, quae occasione divisionis terrarum saepies celebratae, de beneficiis Ecclesiasticis disposita sunt.  
 (a) Subiecto WISMANNO notata, (b) & quae occasione beneficij Ecclesiastici, capellae nimirum in Borchgrone actitata sunt, cuius Ius patronatus, olim ad Duces nostros pertinuit. (c) Dedere vero praeter Duces, dantque, Praelati, Nobiles, civitates, in terris hisce beneficia Ecclesiastica, quorum in Exemplum produco beneficia, Senatus Lunaeburgici Patronatui & Investiturae relicta, qualia fere cuncta in civitate & terra adiacente iudicantur, de quibusve  
*N. I. N. II.* loquitur *Adiunctum N. I. & II.* de Nobilibus vero aliisve, qui hoc genus beneficia, Kirchenlehn vulgo dicta, in his Ducatibus dispensarunt, dispensantve, si ego dicere vellem, potius me dies & charta, quam materies essent defectura.

## §. XI.

*Beneficia aulica* vel officiorum causa concessa, à feudi longe abire, & non Mannlehn, sed Hostiehen dici, iam alibi, quod satis est, observavi. Habuerunt vero Principes nostri, ante quam haecce dignitas, à Friderico II. a. 1235. quasi confirmaretur, semper suos quatuor Ministeriales, in cuius rei fidem adduco Diploma Ottonis postea Imperatoris, de anno 1200. (d) inter alios testes, officiales Brunouenses referens hos: *Yusarius pincerna noster, Heinricus Grubo Marschalcus noster, Anno, Dapifer noster, Herewicus de Uttesen Camerarius noster*: Lunaeburgici vero, à fratre eius Wilhelmo, adducuntur hi: *Otto Dapifer, Wernerus Marscaleus, Sigebandus Pincerna, Luderus Camerarius*

- (a) ERATH. von Erbtheil. des Hauses Braunschw. Lüneb. I. Abth. §. 12. p. II. sqq.  
 (b) Diff. de feud. Brunsvic. p. 48. sqq.  
 (c) Vide praefat. ad Tom. III. Hist. Goetting. p. II. 4. sqq.  
 (d) PFEFFINGER Hist. des Braunschw. Lüneb. Hauses P. I. p. 79.

*rius* (a) Videntur vero hi officiales, ab initio, é statuum Provincialium numero, eorumve sumtu fuisse constituti, qui, cum postea officium in aula gerere desierint, solennis invaluit distinctio, in Erbhofambier & Hofambter. Officiis hereditariis insignes gentes, in Ducatu Lunaeburgico haesunt: *Truchseßii hereditarii de Grote*, Mareschalli hereditarii de Meding, Camerarii de Odeme & Pincernae de Berge, postea eorum loco Barones de Spoercke. (b) Hodie ad generosissimam, toga sagoque inclutam *Behriorum gentem*, Magistri culinae & pincernae Lunaeburgici dignitas, vi Tabularum sub N. III. pervenit. Nec reliquis Brunovicensibus terris, id genus officiati desunt. Video referri Mareschallos *Oldershufios*, Magistros coquinae *Steinbergios* & *Roessingios*. Camerarios *Knefzbekios*, & postem quoque de Bremensisibus, Verdensibus, Lauenburgicis, non nulla afferre, ni in Brunovicensibus & Lunaeburgicis, vnicے subsistere animum induxissten. (c) Huc etiam certo modo spectant die Drosteylehen, Oberhauptmanns, Berghauptmanns Lehn in aevo medio, Italis Feuda Gastaldiae dicta, & non nunquam castellani munus simul involventia, ni de iis, quod satis est, iam alibi disseruisslem.

## §. XII.

*Beneficiorum* quoque *rusticorum*, magnam copiam praedet Ducatus Brunovicensis. Acquiesco hic in aliorum, praecipue Illustris STRUBEN ET NOLTENII, Viri Eruditissimi industria. Si tamen mihi alienigenae, nec Brunsuicensium rerum satis perito, Symbolam conferre licet, crederem, omnibus praediorum rusticorum beneficialium

(a) Ibid. p. 97.

(b) Ibid. p. 497. 351. 651 sqq. ybi simul litterae, Medingiorum investiture testes.

(c) Adde de officialibus Ducatus Brunovicensis LEYSER cit. Diff. p. 44. II. 12;

& non beneficialium possessoribus, olim commune nōmen derer Meyer haēsſe, hac tamen adhibita distinctione, vt (1.) beneficiati siue Emphyteutae, Iure hereditario posſidentes, die Erbmeyer dicerentur, & simul olim, secundum ea, quae alibi docemus, homines proprii eſſent, (2) hi, qui ad certas generationes tenerent, ab his, non quidem nōmine, ſed paetis & re diſcreparent, (3) ad certos annos conducentes, ſimpliciter die Meyer vocarentur. Non autem facile hic labi poſſum, charta Monasterii Brunſfeldenſis de anno 1652. quam sub N. IV. hic do, munitus, vbi has ſpecies relatas videas. Charta Ducis Henrici, de anno 1511. hic

N. IV.

N. V.

sub Num. V. adiacens, nobisque a gentis ſuare decore, Iuris Consulo Burchardo Chriftiano BEHR, equite Lunaeburgico confeſſa, nos instruit, colonorum alicubi eam fuīſſe conditionem, vt, ſi quid culpa eorum bonis colonariis accideret, propria coloni bona, ſimul cum Dominicis, ad Dominum devolverentur. Caeterum apud nos, Emphyteutes in ingenuiles & ſerviles fuīſſe diuiſas, contra Ecclesiasticarum & ſecularium, vnum eundemque fuīſſe habitum, docentea, quae tum penes nos ſunt Mſta, tum iam dixere alii. (a) Civitatibus datas Emphyteutes, non ignorat Gottinga noſtra, olim, poſt Ius iam ante ſibi à Monachis quaefitum, à Comitibus Hohenſteinensibus, bonis Walckenredensibus, vulgo der Walckenreber Hof dictis, hoc modo investita.

## §. XIII.

Habent etiam Brunouicenses regiones, plurima feu-  
da à civibus imo rusticis poſſeaſt, Nobilium, aliquando Re-  
gis ipſius (b) beneficio debita, vbi ſervitiorum feudalium

(a) LEYSER de feud. Brunsv. p. 43. Append. §. 46 ſqq.

(b) Ipſe Rex Auguſtissimus hic investit gentem derer Warnecke,  
derer Ruhmanne, & alias Gottingae commorantes.

um, nullam deprehendas mentionem. De his ego saepiuscule dubitavi. Praestant interdum certum canonem, (a) interdum intuitu Domini plane immunia sunt. Novi, saepe ipsis feudis, certum canonem, loco servitiorum antiquitus impositum, si quis prece idà Domino impetraret, cuius rei in fidem laudo chartam Manderscheidianam, quam hic legis. (b) Non me fugit, saepe feuda olim Nobilibus data, ad cives postea variis casibus devenisse, & ideo adhuc immunitatem conservare. Sed vereor, ne nimis longus hic sim. Civitas Lunaeburgum observantiam aliquam sicut, quae praecipue notari meretur. Investit aliquos beneficio Iuris exercendi artem laniorum, & mercatores Iure des Gewand-vulgo Wandschnitte, cuius rei & alias sunt Exempla. Lunaeburgicorum Investiturae rationem, expōnam sermone Viri harum rerum gnari, hic sub N. VI. De-  
N. VI.  
dit etiam olim haec ipsa civitas, quibusdam Nobilibus be-  
neficia Metallica, sub onere noni ponderis Metalli pree-  
parati, in monte Rammelsberg dicto prope Goslariam, qua-  
le Exemplum mihi de anno 1500 CCCCLXXXVIII. obvenit, vri  
N. VII.  
N. VII. illud exhibit. Haec vero cuncta beneficia vulga-  
ria, ad Emphyteuses quodam modo pertinent, nec in to-  
tum feudis accenseri possunt, cum servitia militaria, vt  
pluri.

(a) SCHOPP de alodiis p. 47 lqq. ea vocat subfeuda mixta & hereditaria, Erbenzinslehen, & de iis plura pandit.

(b) *Wir Iohan Grave zu Manderscheit vnd zo Blankenheim-don kunt dat wir Claes van Rokenkyle zu rechtem Manleben belehn hain mit dem Hove zu Gerrarstein, vnd dy wyle dem vorgenanten Claes niet gelegen ist, uns van diesem vorgenanten Manleben mit deme harneisch zo dienen, als sich gebure, so sal eer vnd sin erven, uns vnd vnsern Erven, van diesem vorgenanten Manleben, alle Iaire ghene Gerharstein levren-aicht Rynisch gulden-dat. an. 1512. Adde Selecta Tom. IV. p. 207. sq.*

plurimum non praestiterint, nec praestent. Vivunt tamen beneficiati, in reliquis praeter servitia, communibus feudorum Legibus, quae his in terris, praxi, quam vocant, id efficiente, saepe iis applicari vidi, ut etiam inferius paulo, Exempla referentur. Et haec quidem de iis quae feudis affinia, feuda tamen aut plane non, aut non usque quaque sunt, differere placuit.

### C A P. III.

#### DE PERSONIS FEVDA DANTIBVS ET ACQVI. RENTIEVS, REBVIS IN FEVDVM DANDIS, ET MODO ACQVIRENDI.

##### S V M M A.

- §. 14. de Brunsvicensium terrarum Dominis Fenda dantibus & acquirentibus.
- §. 15. de Dominio peregrinorum Principum in his terris.
- §. 16. de praecipuis Vasallis Electorum Ducumve Brunsvicensium.
- §. 17. de aliis, qui praeter Duces feuda dant.
- §. 18. de feuda acquirentibus.
- §. 19. de rebus in feudum dandis, praecipue feudi pecuniae.
- §. 20. de Expectativis & feudis collatis.
- §. 21. de feudis solatis.
- §. 22. de Investitura feudorum, per ipsos terrarum Dominos, aut eorum Regimina expedienda.
- §. 23. de Citatione, tempore petendae Investiture, poena neglectus, Mandatis Procuratoriis, & antiqua feudorum missioneis.
- §. 24. de praefundis feudalibus antiquis pariter ac bodiernis.
- §. 25. de testibus & solennibus Investiture, obsoletis novisque.
- §. 26. de Iuramento fendi, in primis etiam ligio.
- §. 27. de Reversalibus & litteris Investiture.
- §. 28. de Investitura singulari ac simultanea, & conflictibus Doctorum de receptione hujus, quaeque eius species hic obtineat?
- §. 29. autor Investituras simultaneam non Longobardicam quam vocant, nee Saxoniam bodiernam, sed Germanicam antiquam, receptam esse concludit.
- §. 30. Ratio simultaneae Investiture Brunsvicensis.
- §. 31. Continuatio discursus.
- §. 32. Ostendit nostram Investituras,

- ram, esse Speculo Sax. conformem.  
De formulis, in quibus Investitu-  
ra simultanea & singularis diffe-  
rant.
- §. 33. de Relevio, Laudemio, & Spor-  
tula clientelari.
- §. 34. de praescriptione.
- §. 35. de alienatione, & poena negle-  
cti consensu Domini.
- §. 36. de oppignoratione, & in quan-  
tum puniatur, Domini consensum §. 37. de subinfeudatione, & resoluti-  
onem Iuris dantis, sub-Vassallis  
vix obesse.
- §. 38. de successione partitio.
- §. 39. de Successione ab intestato legali,  
feminarum, Clericorum, legitima-  
torum, ascendentium, collateralium.
- §. 40. In feudis Brunsuicensibus,  
divisioni esse locum.
- §. 41. defendis, in quibus successio  
non adhibens?

## §. XIV.

Inter personas feuda dantes & acquirentes, praecipuae sunt, ipsi harum *terrarum Domini*, multa feuda dantes, multa rursus recognoscentes. Non est hic locus, dispiciendi de feudis Dominorum passivis, ab Imperio & aliis Dominis obtentis, quae quippe omnia, vnius eiusdemque sunt naturae, ut ad feminas transferantur, in reliquis vero, à communibus Feudorum Iuribus & obligationibus, netantillum quidem deflectunt. Certos nos de hac illorum natura redundunt, tum per feminas cebrius factae translationes, tum etiam ipsum Friderici II. Imperatoris Diploma, quo, anno c. 10 cccxxv, feudum Ducatus Brunsuicensis, pro filiis & filiabus dedit. (a) Possum vero, vel ideo etiam

C 2

hac

(a) Vide PFEFFINGER Histor Br. Tom. I. p. 101 ~~XXVB~~ teut-  
sch Reichstags Staat p. 846. Emendatissime omnium hoc Diplo-  
ma se edere profitetur HARENBERG Hist. Gandersh. p. 1352 sqq.  
Notas in illud conscripsit RHE FMEYER Br. Chr. p. m. 473. sqq.  
Conferri tamen cum hoc Diplomate debent Maximiliani II. &  
Ferdinandi III. Investiturae apud SCHOPP. Thel. p. 27. sqq &  
LVNIG, Reichsarch, unter Braunschweig, Part, Spec. necnon  
Inve-

hac opera supersedere, quia LEYSERIANAE Dissertationis opus praecipuum hoc fuit, ut Feuda gentis Augustissimae passiva, curatius explicaret. (a) Postea vero Dominus DE GOEBEL, amplissimam horum Feudorum Historiam conscripsit. (b) Quid vero altero ramo sorte extineto, filiabusque ex eo superstibus Iuris sit, ex Historia priorum temporum, alibi haud secus expositum. (c) Illud quoque notatu dignissimum inuenio, Henricum Palatinum, Brunouici Dominum A. c. 10 cc. xiiii. de Feudis suis, in fauorem Ottonis Pueri, sine Dominorum Feudalium consensu disposuisse; ita vero sonant verba: *Pheoda etiam nostra, ipsum de manu nostra recognoscimus accepisse, quae tenemus ab Ecclesia Bremense, Verdensem, Mindensem, Magdeburgensem, Halberstadensem, Hildesensem, Werdinensem, Quedlingburgensem, Gandersheimensem & Corbagensem, & supplicamus ubique dictarum Ecclesiarum Dominis nostris, ut ei fauorabiliter porrigant pheoda nostra, ad honores & profectus ipsum sollicite promouentes.* (d) Forte vero in eo ratio consistet, quia bona Brunsuicensia, tantum quoad Usulumfructum erant diuisa, adeoque translatio facta in eum, cui successio & alias debebarur. Id quod iam Ill. GRUBERVS, Praeceptor quondam meus, alicubi monuit. (e)

## §. XV.

Investitura novissima. De feudis Augustissimae gentis Gandersheimensibus IDEM HARENB, p. 1014. 1032. sqq. & alias, plurima conductit.

- (a) Cap. I. integro & in Epistola subiuncta usque ad §. XXV.
- (b) In supra cit. Helmst. Nebenstunden P. II. c. 2. tot.
- (c) Illustrissimus DE MVNCHHAUSEN de successionibus in domo Guelphica visitatis cap. 2. & G. W. I. in considerationibus Feudalibus binis p. 40. 99.
- (d) In der großen Deduction wegen Sachsen-Lauenb. Beyl. & ap. RHETMEYER Braunschzw. Chr. p. 1824.
- (e) Praefat. zur. Götting. Hist. Part. III p. 125. nota.

## §. XV.

Non soli autem Principes Brunouicenses è Statuum numero (a) sunt, qui in hisce terris Feuda concedunt. *Multa* sane etiam *largitur* Ele<sup>c</sup>tor Moguntinus, vt Eichsfeldiae vtriusque Dominus, multa Episcopus Hildesiensis, aliqua Episcopatus Halberstatensis & Mindensis, quae tamen solenni illa transactione de an. 1719. (b) reliquis Electoratus Brunouicensis feudis accesserunt. Nec hic omittendi Abbas Corbeiensis & Serenissimi Hassiae Landgravii, quibus & ipsis, plures in his terris Vasalli sunt. Nec Ducatus Guelpherbytanus, Dominia peregrinorum Principum ignorat. (c) Cum vero subiectio territorialis hic recepta, minime dubitandum, quin orania peregrina Feuda, subiectionem agnoscant. Num vero fortassis *Rectores harum* *terrarum*, mediata Feuda extra territorium dent, mihi non adeo cognitum perspectumque, absque medio vero Imperio parentes, noui bene multos.

## §. XVI.

Familiam hic dicit Daniae Rex, nomine terrae Butjadingicæ, des Butjadinger Landes, ad comitatum Oldenburicum spectantis, qui singularibus multis solennibus investitur, & per Procuratorem tantum compareret. (d) Succedit Princeps de Waldeck, nominevariorum feudorum, ad Co-

C 3

mita-

(a) de Feudis Imperii, quae olim in terris Brunouicensibus fuerunt, vide Illustriss. de BVNAV. Leben Keyser Friderich des ersten p. 3. sq. & Illustr. GRVBER. P. III. Gött. Hist. Vorrede p. 132.

(b) ap. LVNIG. Corp. Iur. Feud. Germ. p. 1375. eius mentio habetur. Et adducit eam itidem LEYSER cit. Liss. Addit. §. 32.

(c) LEYSER cap. 2. Sect I n. 17.

(d) LEYS. Diff. cit. p. 30. & Append. §. 24. praeципue LVNIG. C. I, F. p. 1359.

mitatum Pyrmontanum spectantium, (a) partim immediatorum, partim mediatorum. Comites Stolbergici in feudum tenent Comitatum Hohnstein. (b) Comites Sinzendorffii, dignitatem thesaurarii Imperii heretarii. (c) Comites de Platem recognoscunt Comitatum Hallermund, qui ipsi simul Comitis Imperii dignitatem tribuit. Idem, postarum Magistri generalis, per terras electorales munus habebant, (d) quod tamen, exsoluta magna auri vi, ante aliquod tempus abolitum est, redditibus aerario regio agglutinatis. Sunt alia multa Illustria, quae olim dabantur feuda. (e) Hodie Princeps Arausionensis, accipit Spiegelbergam Comitatum. (f) Sed omnes recensere non vacat. Si vero ad Investituras ab Henrico Superbo aut Leone factas digredi vellemus, nobis sane ingens Serenissimorum & Illustrissimorum Vasallorum, inde oriturus eset Catalogus, quem tamen de industria omittimus. Integrum sane, quam late patet Saxoniam, si quis tantum secum recogitet, vel metacente, de his securus esse poterit. (g) In ipsa Italia, multa eorum habebantur, Thusciae & Spoleti causa feuda, quorum aliquam Notitiam subministrat HARENBERGVS. (h) Fuit vero tempus, ut & hoc moneam, ubi obtenuit Referenti preacipue Ferdinandi II., Duces de suo Feuda dare posse

(a) Id LVNIG. p. 1361. sqq.

(b) Ib. p. 1419. seqq.

(c) Ib. p. 1365. vbi litterae "Investiturae testes."

(d) LEYSER. Addit. s. XLIII. XLIV. LVNIG. I. cit.

(e) Dn. GRVPE Observ. p. 550. tq. KOCH de Expect. cap. 3. s. 19. p. 151. sqq.

(f) Ill. de ZECH. Europ Herold. Tom. I. p. 572. Per Illustr. de LV-DOLF. Symphor. Ill. post Tom. I n. 10. p. 254. sqq.

(g) Add. Dn. de GOEBEL Part II. derer Helmst. Nebenst. ab initio.

(h) Hist. Gandersheim. p. 1265. sqq.

ACQVIR. REB. IN FEVD. DAND. &c. xxiii  
se negatum, (a) quin de Expectativis, simultanea Investi-  
tura confirmatis, & constitutis feudalibus recentioribus, du-  
bitatum est. (b)

§. XVII.

Praeter Duces autem, feudantium, in his terris, in-  
gens & fuit ab omni aevo, estque adhuc numerus. Nulla  
Abbatia, nullum Monasterium datur, quod non feuda con-  
cessisset. Comites & Barones quique, itidem dederunt, &  
Exempla sunt in propatulo. Suppeditabo quoque casus su-  
periorum & aequalium nobilitate, ab aliis feuda tenenti-  
um. (c) Ira Perillustris Steinbergiorum familia, feuda quae-  
dam a Dominis ab Asseburg tenet. Lutherae ad Barenber-  
gam, praedium, olim a gente de Saldar illi de Grans da-  
tum, hodie a Bocholtziis, Nobili genti de Schack confer-  
tur. Wedekindi etiam ac Olrici militum de Eylenstede, lit-  
terae de anno c15ccxcviii. hic sub Num. VIII. a. adie<sup>ct</sup>ae N.VIII. a.  
indicant, eos, familiae Oldendorpiorum, feudum ali-  
quod dedisse, de quo monumento aliquit dicendi, pau-  
lo inferius, amplior erit locus. Recensent quoque  
Bereveldii anno c15cccxxvi. non nullos suorum Vafal-  
lorum, quorum chartam Aneidotam tenemus Anno  
c15cccxxi. Iohannes & Wernerus fratres de Mirica, Ot-  
tonem de Schulenburg, Dominum feudorum suorum lau-  
dant.

(a) STVCK Conf. 27. integro.

(b) KOCH de expectat. p. 58. sqq. & STVCK I. c. vide tamen  
SCHOPP de alod. p. 42. sqq. ex quo amplius erudieris.

(c) Rati non sunt id genus casus, & in sola Illustrissima Alvensle-  
biorum gente, docente PFEFFINGER Tom. I. Hist. p. 709. 711.  
712. numerus eorum est, extra terras Brunsvicenses. In vici-  
no Episcopatu Hildesiensi, gens Koenigitorum à Brabeckis, feu-  
do Lochtum investitur. Trans Rhenum Barones Steincallen-  
felsii, illos de Langwerd, opmis feudis donant, alios vt ta-  
ceam.

dant. (a) Vslarii quoque, vti N. XX. indicat, variis feuda concesserunt. Porro civitates horum Ducatum, plura feuda elargitae sunt, inter quas Gottinga, Goetziis de Olenhusen, & multis aliis, adhuc hodie feuda concedens, primo loco referenda erit. Senior Consulum, hic feudi Dominum quodam modo repraesentat, & vel hoc vel vasallo extincto, adeoque duplici in casu renovatio sit, docente

N. VIII. b. id Adiuncto N. VIII. b. litteris nimirum Investiturae iuramento firmatis, quas *Amplissimi Senatus* beneficio debemus. Plures vero Vasallos, in aevo Medio, huic civitati obtigisse, dubio plane caret, cum civitas limitanea, creberrimis bellis implicita, non potuerit non, multis militibus opus habere. Lunaeburgum in pari fuit causa, cuius Vasalli, cives Nobiles & praefecti, longo ordine, in Adiuncto sub

N. IX. referuntur. Brunsuigae pariter & aliis civitatibus, deesse non potuerunt id genus milites, sed in praesens, Inquisitione ulteriore superseedemus.

### §. XVIII.

*Feuda acquirentes*, iam sub feuda dantibus recensuimus. Id vero adiiciendum, spurious, & per subsequens matrimonium legitimatos, non admitti ad feudorum successionem, nec nova feuda, non nisi nobilibus dari solita, acquirere posse. (b) Exteros etiam non meritos, postponendos esse civibus bene meritis, in concedendis feudis aperitis, (c) iam monui. Id ipsum quoque dictum est, civibus feuda acquirere licere. Cum vero hi, inaequali quodam modo cum reliquis Vasallis Iure censerentur, quo etiam notae

(a) Apud PFEFFIMG. Br. Lüneb. Hist. Tom. I. p. 14.

(b) Rec. Provinc. Gandersh. a 1601. art. 31, Const. Henr. Jul. 1593. ei sub. lit. C. adiecta.

(c) eod. Rec. art. 41.

notae Germanorum leges, non nullis in locis collineant; Ericus Dux Saxonie, a Vasallis suis civibus Lunaeburgi-  
cis rogatus, rem totam, curiae suae feudali decidendam  
commisit, atque eo modo eruditus, solenni Diplomate,  
1356. dato, & a me alibi iam edito, (a) testatus est, Duce, qui civium aliquem in Vasallum receperit, eum reliquis,  
quod ad se reddidisse aequalem, nec in minorem Dominum  
transcribere posse. Quam etiam controversiam, signare  
videtur Diploma (sub N. VIII.) productum. Et haec qui-  
dem, de civibus maioris abolae. Caerulum ignobiles, ma-  
ture satis ad feuda hic admissos, suspicatur, & rationem ad-  
dit D. LEYSERVS. (b) Et supra iam rusticos, (§. XIII.) a be-  
neficiis, quae inter militaria & vulgaria fluctuant, non ex-  
clusi. Civitates feuda cepisse, satis illustre Northemii Exem-  
plum ponit in luce, quae civitas a Dominis de Plesie 1493.  
feudum accepit, quod hodieque durat, sed ob controver-  
sias enatas, in Emphyteusin mutatum est. Nec Gottinga  
nostra hoc nexus caret, ab Episcopo Hildesiensi aliisve, non  
nihil feudorum possidens. Subvasallos vero novisle terras  
Brunswicenses, partim in ipsis Brunswicensibus feidis, par-  
tim v. g. Gottingae in feidis Hassiacis, imo sub Vasallo-  
rum haberi iterum sub Vasallos, vel tribus verbis monu-  
isse sufficiet (§. XXXVII.)

## §. XIX.

*De rebus in feudum dandis, non labore.* Omnia e-  
nim in feudum dare licuit, pro domini lubitu. Interdum  
tamen ii, qui rerum potiebantur, specialibus privilegiis ca-  
verunt, se hoc vel illud datus non esse, quale privilegi-  
um v. g. Hanovera clocxli. accepit. (c) Non nunquam  
D

(a) In *Jur. feud.* Append. LVI. p. 127.

(b) I. c. Addit. §. XXXV.

(c) PFEFFING. Br. Lüneb. Hist. Part. II. p. 955.

paetis obtentum, vt alter Ducum sua bona non daret, absque alterius consensu. (a) De caetero, cuncta fuere libera. Miratur equidem varias res in feudum concessas Illustris LEYSERV<sup>S</sup>, (b) mihi vero nihil videtur insolens. Pluries hic inveniuntur feuda de Camera & cavena, nec non Soldatae. Sed haec ultima, plerumque negligentia possessorum perierunt, militiae ratione mutata. Ecclesiastis, altaria, Iura patronatus, sapissime Ivestitura obtigisse invenias quae etiam dari possunt, pro lubitu eorum, in quorum potestate hae res sunt. (c) In vinum ego creberrime inquisivi, quia olim haec terra Lyaei fuit feracissima; sed irrito plane conatu, cum nihil de eo deprehendatur. Quin imo, cum de cerevisia rogarem, ne hanc quidem datam inveni, vt adeo de liquidis non cogitasse videantur, Saxonum maiores. Pecuniam vero in feudum datam, ita, vt pro certa summa, simul ac semel soluta, ad tempus aliquod fides addiceretur, & servitia praestarentur, his verbis, Diplomati Plessiaco 1258. insertis probabo: *quod nos a Dominis nostris Alberto & Johanne Ducibus de Brunswick illustribus, accepimus triginta marcas argenti, & eis promissimus fide data servire, & fratribus eorum, cum castro nostro, & corpore nostro quamdiu vixerimus, contra quemvis.* (d) Vbi simul iuramenti Ligii forma, & feudum ad dies vitae tantum, se sistunt.

### §. XX.

Modos acquirendi titulosve, in praesens aggredimur. Primo loco ad ductum Compendii nostri, (§. CXXIV.) obvenit *promissio*, & sub hac *expeditativa*. Haec in terris Brunswigo-Cellensisbus, si expectivato & heredibus eius data

(a) RHETMEYER. Br. Chr. p. 523. a. 1286.

(b) Saepe cit. Diff. Addit. §. XLI.

(c) LEYS. Diff. cit. p. 48. sq.

(d) Dr. GOEBEL. Nebenstunden Part. II. p. 238.

data sit, non ultra primos heredes, filios nimirum, extendit. (a) Quia in re, usus curiarum feudalium Saxoniarum ad stipulatur. (b) Accedit argumentum, ex ipsis Legibus Romanis de promptum. (c) De Praescriptione inferius agemus. (§. XXXIV.) Collatorum auten feudorum, non tantum esse volunt atque oblatorum, in eo tamen non parum fluctuantes. Recensent sane multos feudorum datorum casus, (d) & ad hunc numerum, etiam cuncta feuda castralia, nec non ea, quae iam semel devoluta de novo concessa sunt, spectare largiuntur. Mihi quoque ipsi, feudi dati Exemplum antiquissimum obvenit, de anno nimirum cccc xlvi. quod sub N. XI. exhibeo. Datur vero illic N. XI. verum feudum, in augmentum feudi castrensis, quae species, plane singulare quid alit. Hisce omnibus autem penitatis, non parvum feudorum datorum struetur agmen.

## §. XXI.

Progrederior ad argumenta, quibus feuda nostra ut plurimum oblata, adeoque pro oblatione presumendum esse, evincerentant. Et Exemplis quidem tam antiquis quam novis, adeo non destituuntur, ut ea potius gregatim produci queant. Quae cum largiat, mihi non admodum obest, si vel maxime Domini de Vslaria, non nisi oblata feuda tenent, si Eftortii 1533. demum, bona sua Ducibus obtulerint, si etiam adhuc hodie, inter nobiles, quaedam habeantur alodia. Nec etiam vereor KNICHENII (e) auctori-

## D 2

- (a) Ord. Polit. Cell. cap. 22. & Resolutio consilii sanctioris de a  
ciso cccix. idem confirmas. sub Num. X.
- (b) BERGER de successi in feudum apertum expectativa promis- N. X.  
sum, per tot.
- (c) L. Antiquitas 14. C. de usufr. vbi ususfructus pro heredibus con-  
cessus, tantum ad primos heredes pertinet.
- (d) PFEFFING. Br. Lüneb Hist. de Steinbergiis T. I. p. 141. de Ol-  
dershusis 1365. p. 151. de Dominis de Berge Tom. II. p. 162.
- (e) de Jure territorii c. 1. n. 909.

tatem. Is, in Saxonia inferiore, plerasque ditiones oblatas agnoscit. Simpliciter enim hoc verum esse nego. Praecipuum ergo adversariorum robur, in hoc argumento consistit, Nobilium bona iam adfuisse, ante quam Ducatus, Comitatus, Baroniae crearentur. Sed hoc id ipsum est, quod versatur in quaestione. Et si vel maxime de Ducatibus & Comitatibus id dare vellem, de Dynastiis tamen, minimum alia sedet sententia, quibus quippe ingenii plerumque aut subiectionis, aut clientelae nexu erant addicti, (a) Et vel ex alia ratione, terris Brunsvicensibus feuda data adscribere convenit, quia in limite Slavis oppositae, multos qui limitem tue rentur, requirebant beneficiatos. Minimum ergo tantum hic censemitur datorum feudorum, quantum oblatorum. Sed facile haec quidem lite supersedebo, cum iam inter feuda data ac oblata nihil interesse, alibi dixerim. (C. I. F. §. CCXXIV. sqq.) quo praesupposito, vel ipsi negantes facile acquiescent. Profecto Brunovicensia feuda, non minus ac eaetrra, semper ita fuerunt oblati, *ut Domino darentur in proprium, ac ab ipso in pheodo reciperentur.* (b) Quo dato, non video, quid inter collatum & oblatum feudum, differentiae futurum sit. Daretur vero, si id vellem, aliud adhuc contra feudorum oblationem argumentum, dum omnia fere feuda horum Ducatum inter mascula referuntur, quod iuxta communia Doctorum principia, ubi feudis oblatis seminae semper beantur, fieri nequirit.

## §. XXII.

*Quod ad Investitaram & proprietatem feudorum semper hoc receptum est, ut maiores quidem Vasalli, in communi-*

(b) Contende TACITI Germ. cap. 13. & Le FEBVRE des fiefs Livre 2. par tout.

(c) Vide RHETMEYER Br. Chron. p. 481. & ipsam oblationem a Ducibus Imperio factam, pauloque superius excitatam.

munione omnium Augustissimae gentis linearum manerent. (a) Quos etiam, cum olim ab omnibus coniunctim investirentur, hodie senior domus Augustissimae investire solet, vnde formula: Wir als iügiger ältester und Lehengeber. (b) In his enim, vt in omnibus aliis negotiis, totam gentem concernentibus, senioratus receptus est. (c) Cetera vero feuda, quae minoribus Vasallis obveniunt, semper is dedit, cuius terrae feuda annexa erant. (d) Etenim & hic, vt in toto Germania, Vasalli certis castris ac territoriis quasi agglutinati sunt, cum quibus in quemcunque possestorem transferuntur, nisi speciatim aliud dictum sit, & forte Apanagiatus castrum illud, ad quod Vasalli spestant, obtineat. Quandoque vero & ad certum tantum tempus, cuncta & hic in communione retenta sunt, vt feuda coniunctim concederentur. (e) Quae, vtut ita essent, nihilo minus etiam divisis feudis, aliquo eorum ad Dominum devoluto, alter in partem admittendus erat, iuxta hanc conventionem: Würde uns aber von denselben Bütelehnern, was loß, als mit Nahmen Herschoppe, Słote oder Stedte von welker Herschup und dele dat to lene gienge, de scholden unser beider vnd unser Erben wesen, und schulden uns gütlichen darover verdragen, also dat uns beiden und unsern Erben to geliker Nut und formen keme, und dar scholde unser ein dem  
 D 3 andern

- (a) ERA TH von Erbtheil. des Hauses Braunschw. Lüneb. ex divisionis 1432. p. 57.
- (b) LVNIG C. I. F. G. Tom. II. p. 1359. 1q.
- (c) de LVDEWIG Germ. Princeps Lib. VI. cap. 4. f. 8. p. 92. STVCKIVS Conf. 26 n. 336. 1q.
- (d) ERA TH l. c. p. 42. sq p. 58. 69. 1q. ex antiquis divisionibus. RHETMEYER Tr. Chron. p. 768.
- (e) IDEM p. 44. 58.

andern truliken to helpen, dat wy de befreitigeten. (a) Quo modo fere adhuc hodie, res se haber. Concedit Investituram interdum ipse dominus senior praesens, in feudis nimirum Comitum & Baronum, reliqua dat regimen, regis aut respective ducis nomine, vtpote coram quo, ex more antiquo, omnes causae feudales, Processum non concernentes, explicantur. (b) Seniore Consiliariorum Intimorum numero, hic Prodomini quasi vicem fungitur, & actum Investiturae, omniaque eo spectantia regit.

## §. XXIII.

Expeditur hic primo, si forte Domini mors acciderit, generalis a Regimine *Ciratio* typis impressa & affixa, reliquis vero casibus, eo modo Vasallus procedit, vti (P. L. I. F. §. CCXXX. sqq.) monuimus, vbi etiam (Append. LXI.) formulam Notitiae feudalis, eines Muthscheins, cum lectori communicavimus, quod genus chartis, semper *Ciratio* ad Investituram inseri solet. *Tenpus* vero petenda Investiturae legitimum est annus & dies, quod si non observetur, de rigore iuris feudalis, a quo haec tenus quidem his in terris nihil remissum est, Vasalli feudis privari possent. Sed semper Electoralibus Ducalibusve curiis, benignior sententia sedet, vnde praeceps anno. 1699. cum Vasalli in petenda Investitura negligentes essent, comminatio sub hacce forma prodiit: So befehlen an statt Serenisimi, Unsers gnädigsten Fürsten und Herrn Durchleucht hiermit, daß diejenigen Vasallen und Lehensleute, welche ihre Lehne bis noch nicht gemuthet, innerhalb 6. Wochen von dato an zu rechnen, mit ihren Lehenszungen gebührend einkommen, wie drigen

(a) Ibid. p. 43. verbum autem bekrefftigen, idem est ac possessionem nancisci, quod exterorum causa monendum erat.

(b) Resolut. ducalis 1612. apud LVNIG, T. II. C. I. F. G. p. 1458.

drigen Fall sie mit Zahlung gedespelter Lehenwaare zur Strafe angesehen, auch dem Besinden nach, gar ihrer Lehen priviert und entsezt werden sollen. (a) Certo argumento, hic eum, qui vbique fere non amplius est, antiquum rigorem, itidem remisisse. *Locus*, vbi Investitura conceditur, in terris Electoralibus Hanovera est, in terris Guelpherbytanis, civitas id nomen, vt adeo utriusque regionis sedem, adire debeant Vasalli. Et semper hi Dominaum de regula sequi tenentur, nisi adsint dissensus legitimae cause. In arce vero Hannoverana Investiturae sunt, illuc, vbi consilium Electorale secretius alias coit, auf der geheimen Cangley. Admittuntur vero hodie ex parte Vasallorum Procuratores, & (in Append. C. I. F. nostri N. LXII. & LXIII.) formulas mandatorum Procuratoriorum consuetas, quae impressae haberi solent, tam pro ipsis Dominis, quam pro tutoribus suggestimus. Nec est, quod addam, prverter id, civitatem plerumque constitutere Procuratorum bigam, sicut id fere in omnibus litteris Investiturae testibus, exprimitur. Nuper tamen Gottingae nostrae ideo lis movebatur, contra expressa tabularum verba contraque obseruantiam, quae in omnibus hie respicienda, cum alias civitas, vel per unum Curatorem, recipere utique queat. Et haec haetenus. Olim vero, haud secus ac in reliquis Germaniae Provinciis, hic obtinuit comparitio, in propria, quod aiunt, persona (C. I. F. §. CCXXXVI.) Cui rei, insigni documento est charta, supra (N. VIII.) allata, sic habens: *per presentes litteras misimus, - - - obligantes nos ad hoc, quod cum primo nostri copiam habere poterunt, ipsis eisdem mansos, prefato titulo conferemus, propriis in personis.*

## §. XXIV.

(a) LVNIG. C. I. F. G. p. 1395. n. 20. Tom. II. LEYSER Med. ad π. Spec. 50, Medit. 14. p. 468, Med. 33.

## §. XXIV.

Investiendus ante omnia, praestandis feudalibus satis-  
facit. Eum in finem impressa est designatio praestando-  
rum feudalium, quam in (*J. F. App. N. LXIV.*) invenies.  
Iniungitur hic Vasallis, (1) ut de morte ultimi possessoris  
doceant, (2) ut omnium simultaneae investiendorum no-  
mina & agnationis ratio designetur, & haec designatio, a  
Curatore feudi subscripta, cuius etiam officii est, ut cum  
agnatis proximis, impuberibus de curatoribus propiciat.  
(a) (3) Ut mandata omnium, qui in feudo Jus habent, tu-  
torum etiam eorum curatorumque, cum principe tutorii  
exemplo exhibeantur. (4) ut ante terminum Investitu-  
rae, designatio omnium partium ad feudum spectantium,  
secundum ordinem in litteris Investiturae observatum,  
notato etiam situ & quantitate, nec non possessoris nomi-  
ne adiecto exhibeatur, eaque a curatore feudi subscripta  
sit, quod genus litteras, vulgo Denombrementum vocant.  
(b) (5) ut antiquissimae & novissimae litterae clientelares,

&amp;

(a) Ut Genealogiae semper plenarie habeantur, 1695, senioribus  
familiarum mandatum est, ut quemque calum mortis Vasalli  
patria potestate liberati, intra annum curiae feudali denuncient,  
& mortui filios simul nominent, ni multam 4. 6. aut 10. Thale-  
rorum pendere, aut vero plane, leverioribus se exponere ve-  
lint, Vid. Edictum ap. LVNIG. I. c. p. 1371. sqq.

(b) Nota est SCHWEDERI Dissert. de Denombrementis. Nec  
non SLEVOCT Diff. de Iustificatione feudi. Antiqua vero  
Denombrementi forma, in his terris, ut alibi, erat brevissima.  
Excerpti aliquam è SCHOPPIO Thes. feud. Pr. p. II. Iam au-  
di! *Hec sunt bona, q;e Comes Henricus de Blanckenburgk, & ner de*  
*dominio Ducis Brunsvicensis. Castrum Blanckenburgk & adiacens oppi-  
dum, magnam sylvam usque ad Beram, sylvam que vocatur Pfaffen-  
forch & forst, sylvam que vocatur Bock apud que Cattenstede, vineam  
in Etzemitzbeck & homines artientes, & alia bona que ad memori-  
am*

& praeter prima Exempla, etiam copiae apte descriptae, in charta pro dimidia parte pura, exhibeantur. (6) ut testi-  
moniis in origine sua productis doceatur, priorum casuum  
laudemia esse soluta. (7) ut laudemia semper statim pre-  
stentur, nec amplius de iis, cuiquam fides habeatur. A-  
beunt vero hic in non nullis Praestanda feudalia Guelpher-  
bytana, quae contenta latius paulo explicant; in quo, cum  
antiquam haud dubie observantiam sequantur, Hanove-  
ranis forte illustramento esse queunt. (a) Neque enim ali-  
quid invenio quod hic obsteret, cum vtraque curia olim fu-  
erit coniuncta, & in antiquis, easdem servet leges.

## XXV. Beati pietatis et non

*Testes* hic, ut per totam Germaniam, perinde requi-  
rebantur. Hinc monumenta pleraque feudalia, illis insi-  
gnia videns. In cuius rei fidem, hic capte chartam sub  
N. XII. vbi Fridericus Dux. A. O. R. clc ccc xcix. Wal-  
thero Postio famulo, certa feuda elargitur. Hodie autem,  
testes nulli adhuc bentur. Quibus vero solennibus Investi-  
tura procedat, explicare nil attinet. Iuvabit tamen, actus  
Investiturae speciales hic advolare. (b) In genere nota-  
bimus, non tantum si de feudo Illustri Investitura fiat, vtr  
id

N. XII.

am non habentur, ad presens, sed cum maius perseruari possimus,  
vos expediemus vita voce. Est vero anni 1319. & constabit in-  
de satis de stylo antiquo.

(a) Habes ea apud III. LEYSERVM cit. Diff. p. 52. sq.

(b) e. g. in LVNICII Theatro Caeremoniali Tom. II. p. 984.  
Nachricht mit was vor Ceremonien, der Königlich Dähnische  
Abgesandte, im Nahmen seines Herrn Principalen, von Her-  
tzog Anton Ulrichen, von Braunschweig Lüneburg Wölfe-  
büttel als Seniore Domus, auf dem Schloss Wölfebüttel, am  
13. Oct. 1707. mit Stadt und Gutjäcker Land belehnt worden.

id iam antiquitus in more erat positum, praeferrri vexillis  
lum, cui Vasallus, dum iuramentum praestat, digitis suis  
innitatur, sed id etiam contingere in feudis quibuscumque,  
quae minori Nobilitati conferuntur. Et id quidem eo  
casu, si Vasallus e minori Nobilitate ipse praesens sit.  
Quoties enim per Procuratorem comparet, vexilli, quod  
die Hassarbe vocant, praelatio omittitur. Nihilo minus  
tamen semper praestantur die Fahnengelde, & uno & alte-  
ro in casu. Vnde liquido constat, olim sub dio celebra-  
tam, hancee Investiturae solemnitatem. (a) Vbi simul id  
notare conyenit, in feudis civium & aliorum ignobilium,  
non totum regimen auctui Investiturae intervenire, sed tan-  
tum Consiliarium res feudales curantem, Secretarii ve  
lices obeuntem, qua sparta in praesens cum laude fungitur,  
Dominus Consiliarius aulicus de Ramdohr.

## §. XXVI.

Iuramentum praeditis, qui Consiliariorum intimorum est  
princeps. Formulam eius his in terris consuetam habes (b)  
*Iuris F. App. LXIX.* Iurant vero Vasalli fidelitatem, pri-  
mum lineae Electorali, postmodum etiam lineae Ducali  
Guel-

(a) Omnia feuda olim dabantur sub Iove, in sella, plerumque,  
loco quodam civitatis maxime illustri collocata. Is mos, quod  
ad feuda Imperii, sub Ferdinando I. demum desit, cumque eo  
simul comparatio statuum per se. Id vero colligo ex Actibus  
Investiturae a. 1559 factis, quorum descriptiones penes me sunt.  
De feudis Brunsvicensibus autem, ideo etiam res satis plana est,  
quia antiquitus equestres & armati comparere, pro ritu vetusto  
tenebantur. Vid. Hertzog. Iulii Auschreiben an alle Lehens-  
leute und Ritterschafft, dass sie mit ihrem reisigen Zeuge gen  
Hof kommen, und ihren Ritterdienst verrichten sollen de an.  
1588. ap. LVNIG C.I.F.G. Tom. II. p. 1447.

(b) Add. STRYK App. Iur. feud. n. XI.

Guelpherbytanae & vice versa, sub hac in terris Hanoveranis formula: Wollet treu, hold, gehorsam und dienstfertig seyn, dero bestes wissen, und nach äusserstem Vermögen beförbern, arges aber so viel an euch ist, lehren wehren und warnen, auch in Rath und That nicht seyn, da wieder hchstermelierte Se. Kdnigl. Maj. und Churfürstliche Durchleucht, oder Dero Land und Leute gehandelt, gerathen oder gethan werden mögte, sollte, wolte, oder könnte. Dazu die Lehne, sc offt der Fall kommt, sinnen und empfahen, dieselbe jederzeit verdienen, und an keinen andern Orth, dann für Ihre Kdnigl. Majestät und Churfürstlichen Durchleucht verrechten, dieselbe ohne Dero gnädigstes Vorwissen und Willen, in keinerley Weise alieniren, oder sonst von einander kommen lassen. Da ihr auch verschwiegene Lehen wüsstet, oder hernachmals erführet, dieselbe getreulich anmelden und offenbahren. (a) Nullum ergo amplius hac terrae novi runt, iuramentum ligium, quale tamen antiquitus esse vsurpatum, docet charta apud Dn. DE GOEBEL. (b) Et tamen non nulli habentur harum terrarum Iuris Consulti, qui omnia nostra feuda, ligia esse perhibent. Praecipue inter alia notabis verbum gehorsam, quod inseri solet. De hac formula disputat LEYSER VS l. c. sed nihil aliud eam notare, quam obedientiam feudalem, tandem definit. Quo etiam collineare videntur verba finalia: in summa alles thun und leisten wollet, wozu Ihr als Lehnmann, Thro Kdnigl. Majestät als Eurem Lehenherrn Rechts und Gewonheit wegen obligirt verpflichtet und verbunden seyd. A qua longe abit illud iuramentum, quod a subditis Cellensibus & H

E 2 no-

(a) Conf. de formula Guelpherbytana. LEYSER de feudis Bruns-  
vie. Add. §. 28. LVNIG Reichs-Archiv Contin. 2. Abth. 4. Abs.

4. n. 33. & Corp. Iur. Feud. p. 1443. n. 61, sqq.

(b) Helmst. Nebenst. P. II. p. m. 238.

noveranis praestari solet, & ab aliis iam editum est. qd. (a)  
Sed de his inferius adhue aliquid occurret. Hic vero id  
notari adhuc meretur, Tutores curatoresve non praesta-  
re iuramentum, sed simplici stipulationi relinqu, id quod  
olim fecus erat. (b)

## §. XXVII.

Iam ad litteras, quas *Reversales* vocare amant. Et  
harum formam cum lectore communicavi, (C. I. F. App-  
end. LXVII.) vti illa impressa haberi solet in curia feu-  
dali. Quod vero ad litteras Investiturae testes, die Lehen-  
Briefe attinet, illas Seculo XIII. & XIV. his in terris coe-  
pisse, ex Viro harum rerum peritissimo percepit, quod ta-  
men non vsque quaque veritati esse consonum, (§. IX.)  
dicta demonstrabunt. Interim plures gentes sunt, apud  
quas litteras feudales longe serius receptas videas, aut qui-  
bus plane nec hodie dantur. (c) Quid in causa sit, ego qui-  
dem non novi hoc tamen scio, olim in feudis etiam Imperii  
saepiuscule contigisse, vt litterae clientelares non darentur.

Expe-

(a) Conf. STRYKII Examen Iur. feud. Append. N. XII. vbi for-  
mula Cellensis.

(b) Vide E. I. F. Adj. n. LXIII, vbi ita dispositum: Das Tutoris  
Gevollmächtigter, die gewöhnliche Anlobung dahin thun sol-  
le, dass Pupille trü und hold feyn - nicht weniger wenn der  
Pflegbefohlene seine mündige Jahre erreicheret, dem elben anzei-  
gen wolle, dass er sich ohngefordert, bey Königl. und Churfürstl.  
Lehen-Cammer anmelden, und den gewöhnlichen Lehen-Ayd,  
entweder in Person, oder durch einen gnugsam bevollmächtig-  
ten Anwald, ableisten soll Conf. LVNIG C. I. F. Tom. II. p. 1442.  
n. 59.

(c) PLEFFINGER Vitriar Hist. Tom. II. p. iii. sqq. Adde quae  
de Ducatus Lauenburgici Vallis Dunn, de Wackerbarth refert  
LVNIG. C. I. F. G. Tom. II. p. 1402. sqq.

Expediebantur olim latine sermone, a Seculo vero XIV.  
inde usque invaluit, ut Germanica lingua contexerentur.  
Inveni tamen litteras Henrici Domini de Plesse, a 1292.  
Germanico idiomate exaratas, quas' alibi dedi. (a) Litterarum vero Investiturae formulam Brunswigo-Lunaeburgicam recentissimam, sub N. L. Append. saepe allegatae  
iam attuli, & plures ubique habentur. (b) Vides hic, gaudere nostrates brevitatem, in quo ab aliarum curiarum stylo abeunt, quae saepe, quo omnia diducant, nescio quid non, litteris Clientelaribus inserendum, conquirunt. (c)  
Videtur vero hic minimum extra controversiam esse, quod litterae Clientelares antiquiores, omnibus postea secutis  
praeferantur, cum supra disertis verbis dictum sit, ab investiendo, primas & novissimas litteras simul afferendas  
esse, quam certissimam huius decidendi rationis notam esse,  
alibi adserui, caufamque simul afferre sategi. (d)

## §. XXVII.

Investitura vulgo dividitur in singulariter & simultaneam. Et id summo iure. Fuit enim estque simultanea

E 3

Inve-

(a) Rechtlicher Auszüge Leiningen Westerburg contra Leiningen Hartenburg, §. 98.

(b) Vide LVNIG C. I. F. G. Tom. II. p. 1357. sqq. N. VI. sqq.

(c) Antiquitus non nunquam separabantur dominia, a quibus omni feuda pependerant, e. g. wegen unserer Grafschaft, Homburg, Eberstein, &c. quod in recentioribus omnium, nisi forte distingui deberent integri Principatus, aut esset terra recens acquisita. Vid. SCHOPP Thes. Feud. Pr. p. 453. sqq. qui rationem minus idoneam suppeditat.

(d) Prodrom. Iur. feud. p. 140. E. I. F. §. 244. Consentit etiam communis doctorum schola, nec non praxis harum terrarum, antiquissimas litteras, recentioribus semper praeferens, quae tam

XXXVIII DE PERS. FEVD. DANT. ACGAR  
Investitura, Ius Germanorum commune. (a) Nec sine ea dabatur successio, nisi filii, & quandoque fratribus. (b) Plerumque vero dubitatur, quae hic aut illic Investiturae simultaneae species, recepta dici queat. Sex enim eius classes alibi produxi, quae omnes, inter se admodum differunt. (c) Eadem vero contentionis serra, & in terris Brunsvicensibus reciprocatur. Pro simultanea Saxonum Investitura, multi intrepide calculum ponunt, ea praemissi ratione moti, quia olim Ius Saxonum, his in terris fuerit receptum. Computo in eorum numero *Ludolphum SCHRADERVM*, (d) *REISKIVM*, (e) *WISMANVM*, (f) *FLEISCHERVVM*, (g) *STRV-*

men declarationem antiquorum per recentiores, positis terminis habilibus, simul admittit. *SCHRADER Conf. 6. COTH-MANN Vol. 3. Conf. 36. n. 42. STVCK Consil. 26. n. 338.* sqq.

(a) Vide III. AVTOREM der Nachlese von der gesamten Hand, absonderlich in denen Landen Sächsischen Rechtens, Part II. des Abrisses von dem neuesten Zustande der Gelehrsamkeit p. 153. sqq. *SCHILTER Diff. de simult. Invest. Rrincip. Imper. cap. 2. L. W. Ausz. ge contra Lein. Hartenb. §. 99. vbi plures autores hanc in rem cumulati.*

(b) *Select. Tom. III. praef. p. 10. seq. Non fuit ergo simultanea Investitura liberi arbitrii, aut ideo inventa, ne agnati in probatione sanguinis deficerent, vti Dn. de LVDEWIG de simult. Invest. diff. 1 cap. 2 §. 12. cap. 3. §. 3. causa sua serviens docet, nec etiam generaliter recentioris aevi inventum haberi potest, vt id Häll. Intell. Zettul n. 31. sq. anno 1737. traditur, vnde nec hodie feuda Germaniae, aliam succedendi noverunt rationem.*

(c) *Elem. Iur. Feud. §. CCXLVII.*

(d) *Vol. I. Cons. 6. p. 541.*

(e) *de Feud. Brunsvic. cap. 2. p. 40.*

(f) *Inst. Iur. Feud. cap. 14. §. 3.*

(g) *in Diff. LEYSER, de feud. Brunsvic. p. 52.*

STRVIVM, (a) & quodammodo Ill. nostrum MASCovi-  
VM, (b) quibus forte alios addere liceret. Alii contra-  
multaneae Saxonum Investiturae, quia Ius Saxonum to-  
tum abrogatum sit, non multum deserri posse opinantur,  
praeципue moti Viri Illustris gravissimis verbis: *Etsi si-*  
*multanea Investitura, inquit, in usu est, non tamen iuxta*  
*mores Saxonicos, sed prout Iuri communi convenit, &*  
*prii mores firmant.* Ex quibus lineaे graduumque habe-  
tur ratio, nec aequalitas omnium investitorum, si ipsis discre-  
pant, introducta est. (c) Ex hac vero ratione, ea mens il-  
lis placuit, Longobardicam Investituram receptam habe-  
ri debere, cuius fundamentum rationemque, ex variis Iu-  
ris Longobardici textibus (d) conquirunt. Hinc vero mo-  
ti & Helmstadienses & alii, simultaneam Investituram,  
Saxoniam nimirum, in terris Brunsuico-Lunenburgicis  
plane negarunt. (e)

## §. XXIX.

Nos omnia huc pertinentia satis diligenter conquisi-  
vimus, pensitavimus. Et ab omni aevo vnam eandemque  
simultaneae Investiturae rationem, eam nimirum, quae nec  
Saxonica hodierna, nec Longobardica vocari potest, obtin-  
uisse deprehendimus. Dicimus eam communem (per to-  
tum enim Imperium extra Saxoniam floret,) Germanicam:

&amp;

- (a) Iurispr. Feud. c. 14. §. 31. si ad notam attendas.
- (b) Notit. Iur. Br. Lunaeb. p. 15.
- (c) MEV VS Conf. 90. n 134. vbi & antecedentes numeros confer.
- (d) 1. Feud. 1. c. 2. 1. Feud. 14. in fine. 2. Feud. 12. 18. & 20.
- (e) apud HOMBORG Confil. CLXXIII. per tot. Et eo modo  
etiam capio verba LVNIGII C. I. F. Tom II. p 1418. quan-  
do dicit: Die simultanea Investitura, hat in diesen Landen  
nicht statt.

DE PERS. & FEVD. DANT.

& ab utraque praeditarum, in satis multis differt. (1) a Longobardica, quod ram in novis feudis, quam etiam in antiquis per lineas divisis, successio absque ea non detur, etiam si quis a primo acquirente descendat: cum contra in Longobardica, a primo acquirente descendantibus ea non opus sit, sed Iure sanguinis successio competit. (2) a nova Saxonica; quod non nisi secundum gradus proximitatem, in quoque stemmate simultanea investitorum succeditur; quod deinde non omnia in ea nominata stemmata, sed unum post aliud, secundum ordinem quo colligata sunt, vocentur; quod Investitura semper recipiatur per seniorem familie, sive is possessor feudi cuius Investitura petitur sit, sive non sit; quod nulli renovationem investiturae petant aut mandata dent, nisi ii, qui in prima Classe sunt, reliquias classibus plane quiescentibus. Et haec illa ipsa simultaneae Investiturae ratio est, qua gens Augustissima, in suis Imperio debitibus feudis vtitur. Cum vero a principali feudo, ad subfeuda procedat argumentum, (a) vel ideo nemini, de nostra Investiturae simultaneas ratione, dubium oriri poterit. Accedunt testimonia auctorum, hoc ipsum afferentium. (b) Secundum superius tradita vero, explicanda sunt illa Legum loca, vbi de simultanea Investitura disponitur, (c) nec non auctores de

- (a) Solet enim plerumque hoc illius conditionem in omnibus sequi, nisi contrarium doceatur. 2. Feud. 24. §. 2. vers. proposito. Adeo E. I. F. G. §. 286. KLOCK Relat. Cam. XXVI. n. 258. sq.  
 (b) Laudo hic in primis Jacobum ALEMANNVM, in discursu de iure simultaneae Investiturae, seu coniunctae manus Saxonicae. Magdeb. 1615. 4to. p. 39. sqq. p. 101. sqq. p. 149. sqq. STVCK Cons. 26. n. 343, quorum prior, manipulos responsorum attulit.  
 (c) Recess. Salzdal. Braunschzw. Hofger. Ord. 1559. & 1571, tit. 3. §. es folien & Recess. Gandersh. 1601. l. c.

simultanea Investitura, in genere tantum testantes, quod apud nos obtineat. Poterit vero ex differentiis heic supereditatis, facile de natura nostrae simultaneae Investiturae iudicium fieri, quam statim vberius explanabimus.

## §. XXX.

Igitur (1) succeditur non Iure sanguinis, sed simultaneae Investiturae. Inde vero legas, gentes, quae, feuda, a communi primo acquirente descendentia divisorant, & simultaneam investitaram neglexerant, ad eam se restituji petuisse. (a) Inde etiam ii, qui nec eam conservaverant, nec restitutionem impetraverant, uno ramo extinto, alterum a successione exclusum viderunt. Sic Steinbergii Bollenburgici, ramo Steinbergiorum Bornhusianorum extincto, Abbatissam Gandersheimensem feudi Dominam, sibi praeferriri didicerunt. Pari modo curia feudalis Hanoverana, nobilibus de Weyhe in Friedland ad plures translatis, eorum agnatis in Eimbeck & Farenhorst successionem negavit, quia ab anno clo 10 cxxxvi. de simultanea Investitura non cogitaverant. Adversus quos deinde, licet 22. Octobr. 1734. cum lis adhuc in Cancellaria Hanoverana penderet, sententia Cryphiswaldensi vicissent, Bulovii Dynastae, Expectativa muniti, 16. Maii 1736. in Appellatorio obtinuerunt. Quae etiam observantia, novissimo summi Appellationum tribunalis Decreto reiectorio, 8. Mart. 1737. in causa Nahlyes contra Nahlyes emissio, quo hic sub N. XIII. potiris, confirmata est. N. XIII.

(2) Observatur in successione gradus praerogativa, inter

eos,

(a) Notabile Exemplum Knefebeckiorum habet PFEFFING. Br. Lüneb. Hist. P. I. p. 799. & 819. Add. N. III. Adiunctio & i. bi de gente Behriorum.

F

eos, qui primo loco nominati sunt. Huic ex observantia locus relinquitur, etiamsi nihil praeterea addatur. Subiiciuntur tamen saepius verba: *jedem zu seinem rechten, quae successionem secundum sanguinis proximitatem involvere, iam dudum docuit ALEMANNVS.* (a) Interdum eum locum obtinent voces: *nach Linien Dall*, quibus proximitas gradus, ut ex observantia certa, iterum disertis verbis firmatur. Involvunt idem hae dictiones, ac apud Saxones *& zu rechter Sipahl*, sive nach dem Recht der Sipzahl. Quo vero de iis omnibus rectius constet, qui primo loco sub simultanea Investitura comprehensi esse debeant, nomina singulorum coinvestiendorum, & Mandata afferenda sunt, (b) quo deinde litteris, Investiturae testibus, illa inserantur. (§. XXIV.) Si vero forte hic accidat, ut nomen alicuius ex hoc numero omittatur quid tum Iuris sit, quaerunt? Distinguo hic dolum, culpam, casum. Si id calu vel dolo Senioris acciderit, nihil hoc oberit omissio, sed causis adductis probatis restituetur, & *Salvatorium*, quod aiunt, ei dabitur. Si dolo vel culpa propria aliqua hic non rite gesta, puniri certe poterit omis-sus, & graviter quidem, ita tamen, ut casu obveniente, ad exclusionem a successione procedi nequeat, nisi is, qui de dolo tenetur, sub poena feloniae sit monitus. Nullibi enim dispositum est, cum, qui hoc modo peccet, & cautionem

(a) cit. Tr. de simultanea Investitura p. 101. sqq. Additur hic interdum: *Jedem zu seinem rechten, nach samtlehns Gebühr, quod hancce Claululam, Iuris esse communis testatur. Observavi eam præcipue in Investiture Grubenhagensibus. Adhibe SCHEPLITZ Promptuar. Clammeri tit. 6. p. 223. sqq. ubi de vicinae Marchiae, & totius fere Saxoniae inferioris observantia docet, hanc decisionem Iuris esse.*

(b) Cosil. WISMANN de feudis Brunsvic. p. 52.

tionem observantia introductam negligat, feudo excidere debere. In dubio vero ex communibus Regulis, semper contra feloniam, non pro illa respondetur. Accedit argumentum ab illis deductum, quae (§. XXII.) monuimus. Lubens tamen haetenus velivicabor, si forte contraria observantia, in curia feudali se offerat.

## §. XXXI.

(3) Quod nec omnia in Investitura nominata stemmata, sed vnum post aliud vocentur, iterum a Saxonica Investitura simultanea hodierna abit. Nec necesse est, ut & hoc exprimatur, cum formulae a tot annis receptae, & ipse ordo, quo simultanee investiti collocati sunt, nec non nominum propriorum in reliquis post primum stemma omissio, ipsa quoque observantia, satis indicent, vnum demum post alterum vocari. Habemus ergo simultaneam Investituram quandam quasi gradualem, primi, secundi, tertii gradus, & sic porro. Formulas hic solennes sistam, ex Investitura Goetziana Ducis Iohannis Friderici 1671. vbi sequentia Belehnien - - unsern lieben getreuen Curdt Gôzen, als den ältesten zu Mitbehuff (alias mit zubehuff) seines Brudern Friederich Gôzen, Curd seitigen Sohne und ihre männliche Leibs- Lehns- Erben, wie auch zu Mittbehuff und gesamter Hand, des edlen und besten, Unsers geheimen Cammer- Raths und lieben getreuen Otto Grotten, und dessen männlichen Leibs- Lehns- Erben in absteigender Linie, und da derselben keine mehr vorhanden seyn solten, als dann und uss solchen Fall, dessen sämtliche Brüder benanlich Thomas, Hans Heinrichen und Gerhard Grotten, Thomasen seel. Sohne, und deren männliche Leibs- Lehns- Erben, zu einem rechten gesamten Erbmannlehen u. c. (a)

F 2

Ex

(a) Contende hic formulas ap. LVNIG C. I. F. Germ. Tom. II.

P.

Ex qua graduali Investitura simultanea, is effectus nascitur, ut senium adsimultanee investitos non devolvatur, ante quam feudum ad eos, defunctis principaliter investitis, transcat, adeoque ipsi, nec hoc nec etiam alio modo, ad renovationem simultaneae Investiturae teneantur. (a) Quod etiam (4) Investitura pro omnibus in primō gradu existentibus, semper recipiatur per seniorem domus, (b) certissimum indicium habebitur, feuda Brunsvigo-Lunenburgica, a gentibus Vasallagio subiectis in commune teneri, quod ad ipsum Dominum Vsusfructus sive utile, videnti fruendi comoditate, alicui ex hoc numero concessa. Erat haec praerogativa seniori, lure antiquo patrio communi debita, (c) quae ipsi hodieque integra servatur. Qui vero hoc modo curator feudorum passivus, ille etiam vice versa Curator activus, der Lehengeber censetur. (d) Haec vero simultaneae Investiturae ratio, eti-

am  
p. 1423. n. 54. SCHOPP Thel. Feud. Pr. p. 454. ubi simul annos tardum, originarias tantum in familia factas id genus Investituras simultaneas, tolerare voluisse Edictum 1637. ap. KOCH de Expectativis p. 59. sqq.

- (a) Adde GLAFEY Anecdot. P. I. p. 102. sqq. p. 157. sq. p. 611. sq.
- (b) Notavi formulam ex charta feudalii Posthiorum 1487. sequentem: Statius Post als dem eldesten, vnde sone, vnd furderlichen sinen Veddern unde eren rechten Krven tho ören rechten. Adde chartas apud LVNIG C. I. E. Germ. Tom. II. p. 1349. n. 6. & 7. p. 1359. n. 8. p. 1361. n. 9. & 10. p. 1365. n. 11. 12. p. 1372. n. 16. p. 1420. n. 53. p. 1431 SCHOPP Thel. feud. p. 453. sq.
- (c) Keyserrecht Lib III c. 29. cuius haec verba: Wo lude sint, dy sollen wissin, daz by gemeynen Lehin daz se dy Eldesten han zu emphondevurd by andern alle noch dez Keyfers Rechte daz sie ez gewert sin, sint in des Riches Rechte stet geschrebin daz ungeteylte Gut mag der Llste emphan von dem Keyser.
- (d) Exprimuntur haec & alia Senii Iura, in sententia notatu digna

Bru-

am in feudis Nobilium, Nobilibus aliis civibusque datis  
recepta est, vti id ex charta Knesbeckiana MSta, cloeccccliii.  
data, & Protocollo feudali Dominorum de Vslaria MSto,  
de anno 1660. de quo paulo inferius forte aliqua di cam,  
discere licuit. Primam tantum simultanea investitorum  
Classem (5) mandata dare, reliquos omnes quiescere, maxi-  
mam a Saxonica Investitura differentiam constituit. Re-  
liqui enim ordines hic plane non considerantur, donec  
primus extinctus sit.

## §. XXXII.

Hinc vero ea, quae supra diximus, satis probantur.  
Simul quoque constat, superesse terris Brunsuicensibus,  
antiquam Germanicae vel Saxonicae simultaneae Investi-  
turae rationem, cum contra ii, qui hodie Saxonum no-  
men sibi sumunt, nova quadam, & tempore speculi Saxonici  
inaudita, simultanea investiendi ratione vtantur, quam  
a nostra, non satis semper secreverunt Iuris Consulti. (a)  
Ante quam vero a simultaneis Investituris discedam, pri-  
us tribus verbis dicendum erit, dari & hic *simultaneam*  
*Investitaram iniuitu dominorum*, cum semper vtraque li-  
nea Brunovicensis, Vasallos suos, toti genti Electorali Du-  
calique obliget, quod non potest non ideo fieri, quia pro-  
prietas terrarum, ind. visa supereft. Antiquissimum vero

F 3 mo-

Brunovicensi, apud SCHOPP Thes. Feud. p. 308. quae de Seni-  
oratur Iuribus in contradictrio lata est. Adhibe GOLDASTI  
Seniorem Lib. I. cap. 25. per tot.

(a) Contende loca SPECVLORVM apud SCHILTER de simult.  
Invest. Princip. Imper. c. 2 extantia, & testem SCHRADER  
Consil. 6 de Investitura juxta speculum Saxonicum hic recepta.  
In eo vero falso fuit Schraderus, dum speculi Investitaram, cum  
nova Saxonica simultanea, adeoque summa imis miscuit.

*N. XIV. a.* morem & hic servari, constabit ex *Adiuncto N. XIV. a.* iam anno 1487. conscripto. Et in hoc Landsassii feudantes, eodem Iure vtuntur, si communia illis supersint bona Devenio tandem ad *Investitaram singularem*. Ut vero distinctionem inter Samtlehen & Sunderlehen, paulo amplius cognoscere queas, suppeditabo vtriusque his in terris recentras formulas. *Feudi singularis* des Sunderlehen, hanc tene: *Wir jeho hinwieder, zu einem rechten erblichen Mannlehn, wie Mannlehns Recht und Gewonheit ist, belehnt haben, und hiermit und in Kraft dieses belehnen; Simultanei vero, eines Samtlehns formula ita sonat: Wir jeho hinwieder, zu einem rechten erblichen Samtmannlehen, wie Samtmannlehns Recht und Gewonheit ist, belehnet haben, und hiermit in Kraft dieses belehnen; vnde & haec differentia, inter Samtlehn & Sunderlehn, luce sua nitebit.*

### §. XXXIII.

Investiturae nomine, & Relevia, & laudemia, & spora Clientelaris solvenda sunt. Ratione *Releviorum*, quae antehac in his terris *Herwede* vocabantur, Vasalli aut antiquis moribus, a Seculo XVI. superstitibus (*a*) relinquuntur, aut vero cum iis pro libitu Domini, in feudis praecipue novis, transigitur. (*b*) Laudemium vero hoc, sive potius *Relevium*, singulis casibus mutati Domini aut Vasalli solvendum est, de iis vero bonis tantum, quae Vasallus revera possidet. (*c*) Eius ratio tamen haec initur, ut si eodem anno, duplex mortis casus, investitura nondum prima vice facta recurrat, non nisi simplex praestetur lau-

(*a*) *Recess. Provinc. de an. 1597. art. 29.*

(*b*) *PFEFFING. Br. Lüneb. Hist. Tom. I. p. 800.*

(*c*) *LEYS. Diss. de feudis Brunsvic. p. 52. 53.*

demium. (a) Quem Recesum iam adductum, Hanoverana curia feudal is, vi testimonii Publici de an. 1727. sub N. XIV. b. equidem observat, sed Guelpherbytana contra-  
ria observantia nititur, & ideo cum statibus Provinciali-  
bus in lite versatur. (b) Id non nulli annotant, in feudis  
equidem novis laudemium determinari nach der Morgen-  
zahl, sed in antiquis eum in modum cuncta regere obser-  
vantiam, vt feudorum quae e. g. mille thalerorum annu-  
os redditus ferant, laudemium interdum vix sit X. vel XX.  
thalerorum, cum contra alia, pene quadrantem huius  
summae quot annis valentia, C. & plures thaleros solvere  
cogantur. (c) Neque tamen prohibetur Dominus, prae-  
ter haecce Relevia consueta, linea collateral i aut simulta-  
neee investitis succedentibus, adhuc laudemium pacisci, cu-  
ius afferti probationem N. XX. invenies. De *sportula*  
*clientelari* satis instrueris, ex taxae tabulis Guelpherby-  
tanis (E. I. F. App. LXXVI.) quibus Hanoveranae ferme  
respondent. Id tamen hic singulare habent, quod octo  
Grossi pro annunciatione, Anmeldungs- Gebühren, &  
thalerus pro vexillo, Germ. das Fahnen- Geld, solvendus sit.  
Iura caetera expeditionis, quae vocant, vt hic indagem,  
instituti non fert ratio. In calce tene, Relevia & sportu-  
lam clientelarem, in prima Investitura duplicari.

## §. XXXIV.

*Praescriptio*, itidem inter modos tum acquirendi tum  
transferendi feudi, aut in totum, aut pro parte, refertur.  
In-

(a) Rec. Pr. Gandersh. de an. 1601. §. 43.

(b) MASCOV Hist. Iur. Br. Lunaeb. p. 16. 18. 19. LEYS. I. c. p. 55.

(c) Vnde haecce varietas pro manaverit s; aliquo modo cognosce-  
tur, ex Rec. Prov. 3. lun. 1597. §. 29. vbi ad antiquos mores pro-  
vocabatur.

Inter Dominum & Vasallum haud dubie obtinet praescriptio XXX. annorum, quae in LEGIBVS nostris (a) das Herrkommen vocatur. Haec, num bonam fidem requirat omni tempore, necne, in his terris acriter disputatum est, Rege pro bona fide Iuris Canonici, Vasallis pro bona fide Iuris civilis, & præsumptione eius in antiquis, stantibus. (b) Id vero admodum singulare est, summum Appellationum fata regentem Senatum, Iura feudi nomine data, non vslu perire nequire censuisse, cuius verba exscribimus: Was derselbe, ait, de ammissione privilegii an führet, auf Lehen, und eine verliehene Gerechtigkeit nicht zu appliciren, sondern in denen Lehen-Rechten eine besondere Verjährungs-Zeit eingeführet, und so lange keine Verjährung eingetreten, niemand sich seines, per Investitaram erlangten Rechtes, durch rechtes begründete Mittel anzumaßen, und solches zur Observanz zu bringen, ob solum non vsum verwehret ist, die Verjährung disfals, wann selbiger auch sonst nichts entzogen wäre, durch die jetzähmliche Erneuerung der Investitur, wieder unterbrochen, und dadurch das aus denen älteren Lehen-Briefen erhaltene Recht erneuert worden ic. (c) Mihi quidem hic multum supereredit dubietatis, cum verba in chartis feudalibus posita, nihil adversus ipsum non vsum efficiant, sed auctoritas tantise-natus, & temporis angustia vt hic subsideam, efficit.

## §. XXXV.

- (a) Resolut. 1695. in Volum. derer Cellischen Gerichts-Ordn. p. 566.
- (b) Ohnumgängliches Additamentum, dass ein Possessor Jurisdic<sup>t</sup>. præscript. instmemor. oder titulum zu beweisen schuldig autore Da. LVBBE a 1728. p. 56. sqq.
- (c) Deduct. dass dem Closter S. Michael die Iurisdictio omnimoda zuliehe. Beylage N. 69.

## §. XXXV.

Feuda in his Ducatibus, cum mature perpetua sint reddita, etiam de translatione in alios dicendum erit. Primum hic occurrit *alienatio*. Supra vero (§. XVI.) audiisti, Vasallorum iuramento inferi, ne alienationem inscio Domino suscipiant. Et sunt sane ultra Iuris communis dispositionem, speciales his in terris ordinationes de anno cōs̄t̄. xciiii. anno cōs̄t̄. c̄. iv. & anno cōs̄t̄. c̄. xiiii. (a) vbi omni alienatione interdictum. Ex prima haec notanda Formula: 'einig unser Lehen- oder Erb-Zins-Mann, seine Lehen oder Erb-Zins Güter, ohne Unsern Consens und Belieben zu versetzen, zu verpfänden, zu verkaufen, oder in andere Wege zu beschweren, sich vermessenlich unterstehen würde, daß der selbe sich dadurch ipso facto, ohne einigen vorher gehenden Proces, seines Lehen oder Erb Zins Guts verlustig gemacht haben; Der Notarius aber, so über diese verbottene Contractus einig Instrumentum zu ververtigen, sich muthwillig unterstehen würde, seines Notariat-Amts in Unsern Landen, cum infamia entsetzt werben solle. Quae comminationes postea repetitas sunt. Notandum ex hoc Ducali Edicto, (1) alienationem quamvis, sive partis sive totius, esse prohibitam. (2) Sub alienatione etiam venire oppignorationem, & ut Guelpherytana curia, id speciali Constitutione 1647. §. 28. 31. Ordinat. Provinc. inserta declaravit, in dotem dationem, aut aliud id genus negotium. (3) Feudum caducum fieri ipso Iure sine omni Processu, vbi ego, ex communi Doctorum mente, sententiam declaratoriam non excluderem. (b) Alienationes tamen in proximum agnatum, aut alias

(a) apud LVNIG. C. I. F. G. Tomo II. p. 1449. sqq. &amp; 1453. sqq.

(b) Nescio vnde hauserit LVNIG. C. I. F. G. Tom. II. p. 1418. quin.

alias successorum licite fiunt, nec hic indigitantur. Pretium vero solutum, ab emtore amitti, si quiden m. f. emat, communis est Iuris. Consensu contra Domini impetrato, solvitur das Consens-Geld, quod moribus consuetis relinqui, nec augmentum aut diminutionem recipere debet. (a) Feuda, sine consensu Domini alienabilia, nobis vix esse credo. Quin constitui queant, nihil obmoveo. Communis obligatio olim erat, ut feuda alienaturi, illa in manus Donini, quod aiebant, resignarent, quo ex iis ad eos pervenirent, quibus cedere debebant. (b) Et interdum cum in modum tum a Domino retradebantur, ut plane proprietas v. g. monasterio cederet. (c) Vbi Vasalli quandoque Dominis, proprietatis ex suo restitutionem faciebant, interdum illa plane omittebatur, & Ducis beneficio, in eleemosynam cedebat.

### §. XXXVI.

Iam ad oppignorationem. Diximus aliquid de ea, & videntur Constitutionum supra notatarum tempore, oppignorationes sine consensu Domini, per fuisse frequentes. Consideratis tamen Vasallorum necessitatibus, Duces Serenissimi postmodum determinarunt, se in dando consensu usque ad certam summam, difficiles non esse futuros, (d) For-

do de feudis Guelperbytanis praedicat, ea, si absque Domini consensu alienentur, non fieri caduca, sed alienationem tantum esse nullam. Nec id in rerum argumentis obtinere puto, vti iam quoque vidit REISKIVS, de feud. Brunsvic. cap. IV.

(a) LEYSER Diff. de feud. Brunsvic p. 38, lq.

(b) LVNIG C. I F. G. Tom. II. p. 1356. lq. n. 3. & 4. LEYSER in Addit. ad Disput. Wismanai §. XLII.

(c) LVNIG Ibid. n. 2.

(d) Recess. Provinc. de an 1614,

Formula vero dandi consensus, & conditiones adiectae, cum ab omni aevi admodum variaverint, praeter eam, quae *Append. I. F. n. 74.* iam extat, lubet hic bigam tabularum sub *Num. XV.* & *XVI.* apponere, quae simul in *N. XV.* & *XVI.* digitabunt, consensum saepe tantum ad certum tempus, & definitum annorum numerum fieri solere. Quoties vero nullum tempus adiectum, hunc consensum X. annis durare, intuitu feudorum Brunsuicensium, Camera Imperialis definivit. (a) Est vero curia feudalis Brunsuicensis, & in oppignorationibus, Iuris Germanorum antiqui (E. L F. §. CCLXXVIII.) servans, dum feudum ei, qui illud absque consensu Domini pignori supposuit, non statim aufert, sed iussum, certo simul termino, intra quem relutio fieri debeat inserto pareamittit, subnexa comminatione, quod tum, si huic mandato non praetur, feloniam declarari debeat. (b) Profecto harum terrarum Principes in eo omni encomio sunt maiores, dum semper & ubique, se potius patres populi, quam Dominos esse meminerunt.

## §. XXXVII.

De transactione quod ad feudum, nihil in his terris singulare est. *Subinfeudationes* vero, rarae quidem in his terris quodammodo sunt, non tamen iis plane substituit curia feudalis Bounovicensis. Et ita quidem comparata sunt exempla, ut & hic luri antiquo feudali Germanorum, in terris Brunsuicensibus, sua constet auctoritas. Non poenitet me, ex Iuribus patriae nostrae anti-

G 2 quis

(a) SCHOPP. Thesaur. feud. Pr. p. 434. & seq.

(b) Renovation der Constitution wegen verbotener Veräußerung derer Lehen. 1604.

quis, post B. THOMASIVM (a) demonstrasse necessitatem subinfeudationis, indeque conclusisse, in omnibus antiquis subinfeudationibus, Dominum sub. Vasallo, feudo ad se devoluto, Investituram, si is id petat, largiri, feudumque relinquere teneri. Iam vero produco Augustissimi nostri Regis Georgii II. litteras Clientelares reversalibus insertas, de anno clo lcccxxxv. sub Numero XVII. quae satis expressis verbis demonstrant, neminem de eo dubitare, quin Regia gens, feudo ad se devoluto, subvallis omnia integra velit. (a) Ut adeo hic omnes Doctorum cesserent nebulae, divali voce eas dispellente.

## §. XXXVIII.

*Successio testamentaria*, apud nos nihil habet peculiare. Successio autem *pactitia*, in iis quandoque apprehenditur. Non loquor nunc de simultanea Investitura, quae Compossessionem dat, sed de pacto simplici successorio. Inveni eo pertinentem casum, apud miserrimum scriptorem SCHOPPIVM, (b) quem eius verbis referam: *In curiis etiam mediatis*, inquit, *inter agnatos eius Schildis und Nahmens, non solum pactum de ordine successorio, sed etiam confraternitatis feudalis, ad Domini directi beneplacitum, antiquum obtinet locum.* Nam familia Nobilium de Saltern, in tres lineas, (1) Braunschweigische, (2) Altmärkische und (3) Plattenbergische divisa, tale pactum 1588. iniit. Die Verbrüderung so zwischen Levin von Veltheim und

(a) Diff. de libri Veteris de beneficiis Vsl. §. XXXIV. sqq. latissime.

(b) Quin id ipsum quoque in feudis Hassiacis harum terrarum praxi obtinuit, & nuper admodum Gottin ae, casus fuit in terminis.

(c) in thesauro feudali Practico p. 19. sqq. vbi simul cuncta expectantia monumenta addita sunt.

und Burghard von Saltern a. 1529. auf gnädigsten Lehenherrlichen Consens Ducis Henrici Iunioris convenirt, hat nicht allein durch succession, in die Weltheimische Güther zu Bockenem und Bettmar seine Krafft erreichen, sondern es ist auch anno 1606. über Observanz des pacti successorii, in curia Domini directi, ein Abschied eegangen. Haec ille. In ipso autem pacto deprehendes in casum extinti stemmatis, quemlibet contrahentium, alteri, etiam naturalem possessionem & usum, sine vlla apprehensione tradidisse, quod vtique fieri poterat, praecipue cum simultanea Investitura esset addita.

## §. XXXIX.

In successione ab intestato legali, primo loco consideramus eos, qui non succedunt. (E.I.F. §. CCXCV.) Principe loco hic nobis obveniunt feminae. Constitutio generalis est, in feudis Br. Lun. feminas non succedere. (a) Attamen habentur non nulla, licet rariora feuda feminea, e.g. Comitum de Platen. (b) Quin etiam dantur plane hereditaria, speciminis caula, Bussingorum. Alimenta vero & dos, quin etiam, si feudum pater emit, legitima, filiabus exclusis debebitur. (c) Clericos in feuda Brunsuicensia, temporibus Pontificiis minime successisse, locupleti satis testimonio sunt ea, quae RHEMAYERVS. (d) De mutis, surdis aliisve, num ad feuda perveniant, haec ter-

G 3

ra

(a) Fürstliche Privilegia Statuta und Ordnung der Heinrichstadt  
a. 602. art. 19. ENGELBR. Coll. Iur. Comm. & Br. Lunaeb. c.

IO. S. 1.

(b) LVNIG Tom II. C. I. F. p. 1366.

(c) LEYS. cit. Diff. Add. §. 37.

(d) Br. Lüneb. Chr. p. 507. de ipsis Ducibus, vnde facilis subsumtio ad subfeuda.

ra nullum dubium alit, cum Iuris communis decisionem sequamur. (a) Sub nomine liberorum autem, non nisi liberi legitimi veniunt. Spurios enim minime succedere, certi est Iuris. Nec legitimati per subsequens matrimonium admittuntur. (b) Idem vero de iis esse, quos Princeps simpliciter legitimos Rescripto reddit, non sine ratione existimat LEYSERV. (c) Si tamen princeps expresse simul declareret, se eos succedere velle, ego non video quid obstatre possit, & dicuntur Exempla, in gente harum terrarum satis illustri, olim contigisse. Certe, nullum hic est agnitorum Ius quaesitum. Quae de successione ascendentium monenda essent, ex Iure communi depromuntur. De successione vero collateralium ex simultanea Investitura, iamiam a me actum est §. XXIX. XXX. XXXI. XXXII., vbi simultaneae Investiture rationem excussi. De caetero, cuncta Ius commune supponunt, & quin Computatio Civilis, prae Canonica, in nostris feudis obtineat, vix invenietur, qui dubitet.

## §. XL.

Num in feudis Brunsvicensibus divisioni locus relinquitur, nulla quaestio est. Regulariter omnia feuda divisione subiecta credenda. (d) His vero in regionibus

re-

- (a) D. KRESS von den Recht derer taub und stumm gebohrnen p. 20 sqq.
- (b) *Recess. Gandersh.* a. 1601. art. 31. *Const. Henr. Jul.* a. 1593. sub. lit. C. adiecta. MASCOV H. I. Br. Lunaeb. p. 16. REISKIUS de feud. Brunsv. c. 3. p. 40. sqq. LEYS, cit. Diss. p. 51 ENGELBR. coll. Iur. comm. & Brunsvic. c. 3. §. 1. & c. 10. §. 1. Verior etiam haec sententia est de Iure communi. E. I. F. §. 306. licet aliud videatur REIRKIO & multis Doctoribus.
- (c) Consentit ENGELBR. I. c. cap. 3. §. 1.
- (e) Keyserrecht Lib. III. c. 9. vt alia loca satis nota, nunc non computem.

restrictio quaedam addita, sequentem in modum: So seyn wir zwar nicht gemeint, unsern Landsassen die divisiones oder subdivisiones zu verbieten: versehen uns gleichwol gnädig, sie werden vor sich gewillet seyn, sich dabey also zu moderiren und mässigen, daß sie und ihre Abeliche Geschlechter, bey guten Versmägen und Respect erhalten, die Lehen-Güter mit Schulden unbeschwert bleiben, Uns auch und Unsern Nachkommen, der Rossdienst desto bequemer, gewißlicher und verfolglicher davon geleistet werden könne und möge. (a) Vnde haud dubie regimini Electorali Ius erit, eo casu, quo divisiones noxiae incident, eas prohibendi.

## §. XLI.

Olim etiam Brunsuicenses regiones vidisse feuda, in quibus successio non obtinuerit, nulli dubio expositum credo. Indicen enim huius rei, praeter chartam Helmodi Domini de Plesse, de anno cccclviii. (b) habeo aliam eiusdem aevi, & anni ccxxix. qua Arehi-Episcopus Bremensis, Henrico Palatino, Domino Brunonis vici, Comitatum Stadensem, ad dies vitae, in feudum elargitur. (c) Sed haud dubie adeo multa hoc genus feuda non habuit terra Brunsuicensis, cum AVTOR VETVS de beneficiis, ea tolerare nolueris.

## CAP.

(a) Cell. Policey-Ordn. c. 22.

(b) Dr. DE GOEBEL Helmst Nebens. P. II. p. 238.

(c) RHETMEYER Br. Lüneb. Chr. p. 424, sq. ECCARD. Ebner Kleynod. Kästl. p. 12.

## C A P. IV.

DE IVRIBVS ET OBLIGATIONE DOMINI PA-  
RITER AC VASALLEI.

## CATALOGVS.

§. 42. Num. Vasalli Brunsvicenses  
sint simul subditi?

§. 43. Feuda fuerunt vel recta vel ca-  
strensa, & de voce Erbmannle-  
hen.

§. 44. de servitiis olim praestitis, sed  
a terarum Dominis dina non exa-  
ctis, Landassius vero non ampli-  
us debitis.

§. 45. de iuribus Vasallorum in fe-  
do. Regalia dari privative, de

voce Amt und Vogtey, richt und  
ungericht, mit denen Gerichten.  
Sub regalibus venationem non ve-  
nire. de formula Grafschaft und  
Gericht, de clausula quiet und  
frey alter Schatzung & de alia:  
mit allem Recht und mit alter  
Nutzung.

§. 46. de tutelis Vasallorum & ma-  
ioritate.

## §. XLII.

Dominum in Vasallum non acquirere Superioritatem  
territorialem, nisi alia accedant, uno ore Iuris Con-  
sulti tradunt. Et in primis quod ad has terras, habeo  
Illustrium Iuris-Consultorum testimonia, qui Vasallum  
ideo, quia Vasallus sit, subditum fieri negant. Defendit  
id ipsum ill. LEYSERVS. (a) Huic vero ex professo con-  
tradixit, magnum in Iure Brunsvicensi nomen, B. PFEN-  
DORFF, (b) Vasallos in primis Ducatus Lunaeburgici,  
etiam alibi habitantes, in personalibus, coram dicasteriis  
Lunaes-

(a) Diff. de feud. Brunsvic. Addit. §. XXVIII.

(b) Process. Civil, Brunsvic. Lunaeb., Part. I, c. 10. §. 31. p. m. 114.

Lunaeburgieis conveniri posse austerens, & ad praxin provocans. Inseritur profecto Iuramento feudalii formula, als Lehennmann, getreu, hold, und gehorsam zu seyn, cui praecipue innititur B. VIR. Et videoas etiam alios adstipulari, qui verbum gehorsam, praecipue in Vasallis, subiectio-  
 nis non dubium esse credunt argumentum. (a) Quibus licet contradicatur ab iis, qui rem totam ex substrata materia nos metiri debere aiunt, ita, ut modo superioritatem territorialem, quam vocant, indigitet, modo id non faciat, omnia tamen hic dubia fluxave sunt, adeo ut mihi nil definire tutius videatur, praecipue cum consuetudinum regionis, non satis sim gnarus. Docebunt ergo hac de re, earum mage periti. Quadantenus tamen dixi quae sentio. (§. XXVI.) Qualis autem sit Obligatio eorum Vasallorum, qui Landassiatui Brunovicensi subditi sunt, sed alium Dominum feudi recognoscunt, erga' hunc, difficile expeditu videtur. Ego rem omnem absolvō iis, quae alibi (E. I. F. §. CCCXXXVIII.) enunciavi, prae-  
 cipue vero morem regionis, & hic respiciendum esse sua-  
 deo. De caetero Dominis in his terris, Vasallos suos, abs-  
 que eorum consensu alienare posse, Exemplis efficitur.  
 (b) Vnde etiam provenit, ut Vasallis (N. VIII.) de hoc, quo minus fieret, nominatim caveretur.

## §. XLIII.

Vasallorum servicia partim campestria sunt, partim castrensia. Neque enim hic ignota distinctio, inter bur-  
 gen-

(a) REINKINGK de Regim. Sec. & Eccles. I. 2. 89. SCHWAN-  
 MANN Decis. 10. n. 116. GAIL. de arrest. c. 7. n. II. sqq. BE-  
 SOLD Thes. Pr. voce gehorsam. WEHNER Obs. Pract. eadē  
 voce.

(b) SCHOPP. Thes. feud. Pr. p. 359. sqq.

*gensia s. castrensa, & recta feuda.* Et de castrensis qui-  
dem, varii sunt autores. Praeter ea, quae supra (N. XI.)  
deprehendes, praeclara suppeditat S T V K I V S. (a) Fue-  
re quoque castrenses Calenbergae & Guelpherbyti, & ho-  
dieque castri destructi Lauenrode nomine, aliqua feuda  
a Senatu Hanoverano exiguntur, sed absque effectu. In  
N. XVIII. N. XVIII. invenies aliquid de castrensis Harburgicis,  
& magna seges horum castrensium conquiri posset, si ea  
quidem indigeremus. Servitia, ut vblibet, in eo consi-  
stebant, ut castrum defenderent. Recta feuda, die Mann-  
lehen, hic itiden nil aliud ac alibi denorant, feuda nempe,  
servitiis campestribus destinata. Crebro vero se offert,  
in chartis clientelaribus vox Erbmühlen, vbi ego quidem  
multos invenio, qui hocce feudo Erb. Mannlehen dicto, feu-  
dum aliquod vbi Dominium proprietatis simul sit penes Va-  
fallum, designari afferunt. (b) Sed adeo abs re, ut ego ne  
quidem sciam, quid haec Doctorum mens sibi velit. Non  
novi Vasallum, qui simul Dominium proprietatis habe-  
at, nec aliquis eo beatus in orbe dabitur, com eo ipso,  
qualitas Vasalli evanescat. Opinor ergo, non nisi feudum  
rectum, ad haeredes masculos transiens, hac voce notari,  
quem significatum tam vicina Hassia probat, (c) quam  
etiam ingens monumentorum Brunovicensium caterva. (d)

## §. XLIV.

(a) Consil. 27. n. 234. sqq. vbi de Burgmannis Bramburgieis, Min-  
densibus, Moringensisibus, multa leges. De Brunsvicensibus ve-  
ro agit RHEIM MEYER Br. Chr. p. 179.

(b) THVMMERMVT de compromisso Colon p. 94. n. 100. BE-  
SOLD voce Erblehn. KLOCK Vol. III. Conf. §7. n. 16. sqq. D.  
ESTOR Analect. Fuldens p. 24.

(c) Dr. KVCHENBECK. Analect. Hass. Tom. I. p. 116. 219.

(d) Lege chartas apud SCHOPP Thes. feud. p. 19. Dr. GRVPE  
Obi. p. 56. sq. quae est de an. 1430. vbi Erbmannlehen, datum  
Aschwin

## §. XLIV.

De servitiis a Vasallis praestandis, praeclaras ostentat haec terra Constitutiones. Inter caeteras eminet Ducis Iulii Constitutio de anno c<sup>o</sup> LXXXVIII. (a) in qua tum ratio militiae, tum servitiorum depingitur. Quo usque vero hic mos duraverit, non adeo expeditum esse credo. Nec etiam usque quaque de eo constat, an Vasalli Illustres extra territorium, semper ad servitia, & ad quod usque tempus, fuerint conscripti. (b) Quando vero servitia praestabant Vasalli, ipsis pro more antiquo expeditanda crant, das Futter und Mahl. (c) De eaeterno servitia, inter modum receptum, praestantur Vasallorum sumtu, cum iis tantum qui ultra numerum sunt, stipendia promittat supra cit. Constit. Iulii. Interim & hic alio modo conventio fieri poterat, vti id anno c<sup>o</sup> CCLVIII, accidit. (d) Praestabantur vero servitia, non tantum militaria, sed etiam zu Ehrenfällen, vnde Iohannem, Ottonis Pu-

## H 2

N. XIX.

Aschwin von Roden und sinen Manns-Erben. p. 564. Contende Adiunctum N. V. N. XIX. & inferius N. XX. occurrens LVNIG Tom. II. p. 1359. dicta supra §. XXXI. Et eum intellectum suo iam aeo, in his terris generaliter fuisse receptum, testatur SCHRADER Conf. VI. n. 13. 37.

(a) ap. LVNIG C. I. F. P. II p. 1447. n. 65. ENGELBRECHT de servitiis Vasallorum militaribus c. 6. §. 9. SCHOPP, thes. feud p. 170.

(b) RHETMEYER Br. Chr. p. 860. narrat, Henricum Seniorem, comites Mansfeldicos 1514. vocasse, ad servitia mensruo spatio praestanda.

(c) Rec. Gandersh. 1601. §. 44. ENGELBRECHT l.c. cap. 3. §. 12. LEYSER de feud. Brunsvic. p. 49. LVNIG vom Landlaff. Adel Tom. II. p. 158. qui ad dispositionem Ottonis M. dc an. 1335. Rec. Provino de anno 1498. & 1614. d. 30. Jun. provocat. Add. MSt. de an 1630. de his viterius differens.

(d) DE GOEBEL Helmst. Nebenst. P. II. p. 239.

cri filium, a cl<sup>o</sup> cclxxvii. Vasallorum humeris, a Dalen-  
burgo, vsque ad sepulturae locum Lunaeburgum, quod  
inde tribus miliaribus abest, deportatum lego. (a) Vsque  
ad medium fere superioris seculi, multis adhuc de iis fer-  
mo, (b) ab eo tempore, quodam modo milite lecto, qui ex  
collectis, subditis Vasallorum impositis sustentatur, pen-  
santur. Et ideo multi, non amplius in principis arbitrio  
esse, vt Vasallos ad servitia conscribat, existimant, aliis mas-  
cule contradicentibus. Sicubi etiam Nobiles, forte ad  
funeris conductum convocati, tam Vasallis quam non  
Vasallis, in territorio habitantibus id accidit, de Vasallis  
vero extra territorium existentibus, ne quidem cogitat-  
um est. Et inde etiam, si feuda vendantur, propter servi-  
tia nihil detrahitur, sed pretium feudi, cum pretio alodiali-  
um praediorum, pari passu ambulat. Quibus ita compara-  
tis, vix operae pretium videtur de eo dispicere, an casu  
eveniente, Vasalli, qui simul Status Imperii sunt, extra-  
que territorium habitant, hodie ad servitia obligentur?  
quam quaestionem, si existere posset, ex observantia & ali-  
is fundaminibus pastim, obviis, dijudicaremus. (c) Et  
haec quidem de servitiis, ipsi territorii Domino praestan-  
dis. Quae vero servitia exigant illi Domini, qui superi-  
oritati subiecti, suis gaudent Vasallis itidem subditis, ne-  
gato iam Statibus Provincialibus belli Iure, non ita diffi-  
cile dictu erit, cum, nisi feuda improppria & censuaria redi-  
cta sint, (§. XIII.) omnia fere, Releviorum praestatione  
abso-

(a) PFEFFING. Br. Lüneb. Hist. P. I. p. 219.

(b) STRVBE Obs. Jur. Germ. III. §. 14.

(c) Vid. HERT de special Imp. R. G. Rebuspubl. §. 33. ENGEL-  
BRECHT de servit. c. 1. §. 6. p. 26. J. K. A. (Johann Adam KOPP)  
bedenken die Leheis- Dienste oder Ritterpferde betreffend  
1735. 4 per tot, On ESTOR Bedencken von dem Reichs-Krieg  
*Append.*

absolvantur. Hinc sequentem invenio, litterarum feudalium loquendi formam: auch im übrigen alles thun und versehen, was in solchen Fällen die Lehen-Rechte, von treuen Vasallen erfordern thun, omista servitiorum mentione. Vide hic *Adiunctum N. XX. a.* & *Supra N. VIII. b.*

N. XX. a.

## §. XLV.

Caeterum eadern *Iura Vasallis in feudis suis* competunt, quae alias de Iure communi dantur, ita ut Dominium *Vsusfructus*, quod alias Doctores utile vocare amant, (a) plenissime exerceant. Saepe vero lis incidit, an ea ipsis cumulative, an autem privative dentur, praecipue si Regalia largitus sit Dominus. Intuitu quidem Venationis Superioris, Summum Appellationibus minwendis invigilans tribunal, in causa von Bartenšleben contra das Forstamt, (b) pro privativo Vasallorum *Vsusfructu* decidit, nec in reliquis casibus, eandem decisionem defore existimarem. Praecipue hic verba ac clausulae litterarum feudalium spectanda, & ex usu loquendi explicanda. Interdum de vocibus Amt und Vogtey lis incidit, quae alii Iurisdictionem omnimodum, alii bastam tantum, involvere credunt. Iurisdictionem quin dent, dubium non est, reliqua vero suppeditabunt Circumstantiae. (c) Quid

H 3

- (a) Tribuo Domino *Dominium proprietas*, qua voce in his terris vtebantur, teste monumento N. XX. b. anno cccc xvi. Iure N. XX. b. feudal adhuc puro existente, Vasallo contra Dominium *Vsusfructus*, sive *Vsumfructum* qualificatum. Prius Dominio Romanorum *quiritario* nudo, posterius Dominio bonitario, simile fere est. Consenit RAEVARO Opp. Tom. I. & Var Lib. I. c. 5. Illud etiam aliquando vocatur *Dominium* (§ XXIV. b.)  
 (b) BILDERBECK von Regalität der Jagden Append. n. 72.  
 (c) Dn STRVBE in Obs. Iur. Germ. Obs. IX. per tot s. praecipue  
 7. Dn. BILDERBECK Deduct. von der Jurisdic. omnimoda des Closters S. Michaelis c. 3. & 5. per. tot.

sint fætelfreye Güter, si in feudum data, & quod tum, quando a Nobilibus coluntur, omnium onerum exhortia sint censenda, praeclare evolut, idem Vir amicus STRVBE. (a) Iurisdictionem sub formula richt und ungericht in feudum concessam, omnimodam, sive altam sive bassam, quam vocant, signare, hodie satis erutum est. (b) Cum etiam saepiuscule in Iudiciis litigaretur, quid pago aliquo, mit denen Gerichten in feudum dato veniat? Dux Cellensis Georgius Wilhelmus definit, das solches wenigstens von denen Niedergerichten zu verstehen, und daher auf die Psalgerichte, nicht zu restringiren seye. (c) Saepe autem maiora, Dominum sibi hac formula elargitum esse, Vasalli volunt, & id quidem non adeo iniuria, cum præcipue circumstantiae veniant considerandae. (d) Si quis de omnibus Regalibus investitus sit, hanc Investituram non comprehendere venationem, sed eam de regula, nobilibus Iure alodiali deberi, praeclare aliis deductum est. (e) Pluries etiam occurrit verbum Grafschap (f) sive Grafschafft, quod ego nihil aliud, quam iudicium superius indigitare existimo, ut illud iam alibi quodammodo ostendam di.

- (a) Ibid. Obsl. 10. §. præcipue 2. EJ. Deductio Iuris & facti, in Sachen von Haus contra Amt Liebenburg p. 4. sqq.
- (b) Dn. KRESS Diff. de Iurisdic. sub formula Richt und Ungericht in feudum, concessa Helmst. 1730.
- (c) Vid. Rescript. ap. LVNIG C. I. F. G. Tom. II. p. 1373. sq. n. 19. & 19. nee non sententiam apud BILDERBECK von Iurisd. omnimoda des Closters S. Michael Beyl. n. 69.
- (d) BEYER delin. Iur. civ. Lib. 2. tit. 1. BESOLD. Thes. Pr. voce Gerichte. KRESS cit. Diff. cap. 1. cum alleg.
- (e) Saepe cit. Erud. STRVBE Diff. de Nobil. Germ. cap. III. p. 82. sqq. & Deduct. cit. von Haus contra Amt Liebenburg p. 28. sqq. Dn BILDERBECK & KRESS scriptis notissimis laudatissimisque.
- (f) e. g. ap. RHEIMAYER Br. Chr. p. 533. sqq.

di. (a) Cum etiam saepissime coniungantur Graffschafft und Gericht, in hoc vel illo vico, non potest non prius Iurisdictionem superiorem posterius, inferiorem designare. Competere feudis in territorio, immunitatem a collectis, non pugnatur, & satis causarum hanc in rem est, vnde semper Nobilium bona feudalia, sub formula quith und frygh von aller Schatthyng vendita. (b) De clausula non nullis chartis consueta; Mit allen Recht, und mit aller Nutte, nil magis quam omnem utilitatem consuetam, meo quidem iudicio involvente, alio loco, alioque tempore dicam, vt & de aliis, quae hic obvenire possunt.

## §. XLVI.

De tutelis hodie nihil est, quod a communi Iure a-beat. Expediuntur vero tutorum constitutiones intra territorium, non a curiis feudalibus, sed aliis. Extra territorium degentibus Vasallis tutores constituere, regimen ne vñquam quidem cogitavit. Olim vero Dux, haud se-cus ac Rex apud AngloSaxones, tutor Vasallorum suorum, fuisse videtur legitimus. Testem in hanc rem adduco, praeter alibi tacta Iura Germanorum communia, char-tam Ducalem de anno c<sup>lo</sup> cccciv. sub *Numerō XXI.* in *N XXI.*

- (a) Recht. Auszüge Lein. Westerb. contra Lein. Hartenb. §. xcvi.  
 (b) LEYS de feud. Brunsvic. c. 2. sect. 3. LVNIG von den Land-saß. Adel P. II. p. 158. sqq. STRVBE Obs. Jur. Germ. III. §. 7. sqq. PFEFFING. Tom. II. Br. Lüneb. Hist. p. 1053. sqq. Confer tamē Adj. (N. XVI.)

ti Ducali, ante Electoratum placuerat. De praxi vero, in Vasallis annum XXV. obtinere scio. Tutelam materiam etiam feudis applicari, nunquam in controversia fuit, nec etiam separato tute feudali, ut in Saxonia, praeterea opus.

## C A P . V.

### DE DISSOLVATIONE HVIVS CONTRACTVS, VEL IN TANTVM, VEL IN TOTVM,

#### C O N T E N T A.

- |  |   |
|--|---|
| §. 47. de appropriatione, felonie Vas- | §. 52. de feundo & alodio simul a filio |
| sallorum, ejus poena & felonie         | repudiatis. De residuo pretii, de       |
| Domini.                                | dote.                                   |
| §. 48. de separatione rerum alodia-    | §. 53. de Iuribus filiarum & soro-      |
| lium a feudalibus, & prae sum-         | rum.                                    |
| tione pro alodio,                      | §. 54. de dotalitio.                    |
| §. 49. de meliorationibus praece pue   | §. 55. de constituto feudali. Germ.     |
| aedificiis feudalibus.                 | Verwilligung in das Leben.              |
| §. 50. de fructibus anni emortualis.   | §. 56. de Iure retentionis & resarc i-  |
| §. 51. de debitis. filios parentum de- | ende deteriorationibus.                 |
| bita indistincte agnoscere teneri.     |   |

#### §. XLVII.

**I**nter modos dissolvendi contractum feudalern, locum si bi vindicat *appropriatio*, vbi Vasallo aut alii, id quod antea feendum fuerat, in proprium datur. (a) Formulam vero, qua olim a Vasallis *appropriatio* petita, habes hic

(a) Vide III. LEYSER de feudis Brunsvic. Append. §. XLII.

hic sub N. XXII. quae anni est clo. CCCLXXXIV. Vbi si N. XXII.  
 mul Vasalli resignatio, quam vocant, sistitur. De felo-  
 nia Vasalli, supra non nihil diximus. (§. XXIII. XXXV.)  
 Quandoquo in Vasallos feloniam committentes, si simul  
 essent subditi, gravissime animadversum legas. Notum  
 enim Exemplum comitis de Eberstein, quem Albertus  
 M. a. 1258, bello captum, ut Vasallum immorigerum pe-  
 dibus suspendit, & hoc modo neci dedit. (a) Postea non  
 adeo multa in Historia habentur feloniae insignis Exem-  
 pla, si Asleburgios, & gentem de Saldern excipias. Ha-  
 rum gentium ultimae, felonie expresse est remissa, a.  
 clo loc. ciii. (b) Tum etiam, cum hae cause in Camera  
 Imperiali penderent, *feloniae Domini*, ignotum antea no-  
 men hic auditum, cum familia de Saldar, geminum Pro-  
 cessum sub rubris: Saldar contra Braunschweig, commis-  
 sae proprietatis feudorum; nec non: Saldar contra  
 Braunschweig, Inuiarum, & secundae commissae propri-  
 etatis feudorum instituerit, quibus demum in iam tactis  
 Reversalibus, simul renunciatum est. (c) Dux autem  
 sententiam de felonie Domini, & praecipue eam feidis  
 Landstassicis, satis inepte applicari ostendi. (E. I. F. §.  
 CCCCVIII.

(a) CRANZ Saxon. L. VIII. c. 21 Membrana S. Elasti apud MA-  
 DER. Ant. Brunsvic. p. 171. LERBECKE Chron Schaumb. Tom.  
 I. Meibom. p. 511. & 535. RHET MEYER Br. Chr. p. 456. PFEE-  
 FINIG. Vitr. Illustr. Tom. II. p. 191. & Br. Lüneb. Hist. P.  
 I. p. 122. GOEBEL P. II. Helmst. Nebenst. p. 126.

(b) Vide Reveriales derer von Salder ap. LVNIG C. I. F. G.  
 Tom. II. p. 1426. sqq. & Dn. de LVDOLFF Symphor. Cam.  
 Consult. XLI. p. 996. sq.

(c) Addo pluribus Dn. de LVDOLFF Symphor. Tom. I. Sym-  
 phor. 3. p. 273. sqq.

CCCCVIII.) Caeterum in terris Brunsuicenisibus, Dominum fendi, huiusmodi bonis ad ipsum devolutis, plerumque alios iterum donare, nec hac tenus Cammerae commodis studere, exposui paulo superius. (§. V.)

*Etiam si regalium ministeriis emulatur, libet non esse apud A. ius quod, nisi ex malorum. I mino*

Feudali nexu dissoluto, erit quaestio de divisione rerum alodialium a feudalibus. Hic primo sciendum est, nullam rem praesumiri feudalem, quae Domino non aliquando oblata, et si Vasallus ea simul cum feudo, loco rei pertinentis usus sit. (a) Pro quo ideo summa militat ratio, quia ad id, ut oblatio fiat, per dicta (§. XXI.) requiritur translatio Dominii in Dominum, & postea ab eo facta receptio in feudum, de quorum utroque, cum per communes Iuris regulas, clare constare debeat, quia neutrum praesumitur, non nisi ex Investitura iudicari potest. Seio quidem Virum summum B. CCCCIVM(b) his aliam praesumptionem tequi voluisse, contra communem, semper pro alodio & hic praesumentem; sed non nisi, quae mihi facere satis potuerint, rationibus. Neque vero sequitur, res est pertinens, ergo etiam voluit eam cum pertinentem esse, quando altera, cui eam iunxit, ad Dominum redit. Potius contrarium voluisse praesumitur, ex communi hominum affectu. Nihil vero ad me, etiamsi a contrariae sententiae patronis afferatur, aliquoties Curias Supremas, in his terris, eo modo lites terminasse, ut res huiusmodi, cum feudo apud Dominum maneret;

(a) Diff. de Probat. iniunct. §. XXXVII. E. I. F. §. CCX. STRVV.

de alod. Imper. c. IV. §. 22. SEVER. Prompt. cas. for. casu 122.

HERALD. rer. quotid. c. 14. cum. citatis.

(b) de Probat. feud. C. V. §. 8. sag.

neret; Ego enim cum constantem obseruantiam hic nesciam, de praeiudiciis non labore.

## §. XLIX.

Tangenda hic est quaestio de *meliorationibus*, von denen Lehens-Besserungen, quas heredibus alodialibus deberi, nemo ambigit. Oritur hic principie loco dubium de aedificiis feudalibus, & num ea quae defunctus his impendit, ab heredibus feudalibus refundi debeant? Et testatur quidem CLAMMERUS, (a) suo tempore obtinuisse, ut non refunderentur. Verum cum in causa Curatoris bonorum Domini de Wense, in Cancellaria Cellensi Protocolla evolverentur, neque acta, neque etiam rubra, quae Clammerus notavit, inventa sunt. Videtur vero Clammemerus ius Saxonum secutus esse, vbi aedificiorum impendia non refundi constat. (b) Cum autem in his terris ius Saxonum abrogatum sit, (c) ius commune sequi tutius iudicarunt nostri, & hinc hodie constans usus est, haecce impendia, esse heredibus alodialibus refacienda. (d) Adducere hanc in rem illustre praeiudicium in causa Cammer-Herrn von der Wense contra desseiligen Herrn Landrat von der Wense Creditores & curatorem bonorum, vbi Cancellaria Cellensis, 6. Oct. 1718. hunc in modum decidit: Dass Beßlägter von der Wense, Einwendens ohngeachtet, die erweisliche Meliorationes an Gebäuden, dem Curatori honorum auszuhantworten schuldig, er.

I 2

(a) Promtuar. tit. V. n. 1. seqq.

(b) CARPZ. Part. III. Constit. 31. defin. I.

(c) Cell. Policey. Ordin. c. 12. §. I. &amp; c. 26. Calenb. Cantzley-Ordn. tit. 28. §. 4.

(d) MASCOV. H. I. B. Lunaeb. p. 54. q. contraria tamen opinioni praesidium peti posset, ex Ober-Appell. Ger. Ordin. Part. II. tit. 15. §. 22. verb. und insonderheit die Gebäude.

Könnte dann rechtlicher Arth nach erweisen, daß nach abgeschafften Sächsischen Recht, in dem Herzogthum Braunschweig-Lüneburg Zellischen Antheils, eine beständige Gewonheit geblieben, daß die Meliorationes derer Gebäude, von denen Lehensfolgern nicht erstattet werden. Quae sententia, postmodum in Superiori Instantia confirmata, cumque Probatio si non posset modo iniuncto, executioni mandata est. Testatur quidem LUNIGIVS, (a) de Ducatu Brunsvincensi, daß die Gebäude alldorten denen Lehens-Erben ohnentgeltlich verbleiben. Verum cum Ius Saxonicum & illuc abrogatum sit, (b) ego de hac observantia eo magis dubito, quo magis scio, omnia, quae hactenus a Lunigio traduntur, non adeo veritati esse consona,

## §. L.

De fructibus vltimi anni, ego quondam singulari Commentatione, & ita egi, vt me huius scriptionis non poeniteat. (c) Neque vero tum noveram, in terris Bruns-vicensibus hactenus omnia incerta esse. Hanoverana profecto Cancellaria, uno eodemque anno, modo Ius Germanicum, modo Ius Longobardicum feudale, secuta esse dicitur. Eget vero haec res decisione Electorali Ducalique, praesertim cum saepe recurrat.

## §. LI.

Debita parentum, qualiacunque demum sint, filii, in vtriusque lineae principatis, agnoscere iubentur. Non haec aequitas suadet, sed Iure expresso vtimur.

Sunt

- (a) Corp. Iur. feud. Germ. Tom. II. p. 1418.
- (b) SIRYK Vs Mod. ff. discurs. Praelim. §. 30.
- (c) titulus est: Praelatio ad Disputationes feudales, quibus textui Feud. 28. §. his consequenter, genuinus intellectus restituitur. Cotting. 1737. 4.

Sunt Leges de anno 1617, 1619, 1638. (a) Sunt & aliae luriū nostrorum dispositiones. (b) Habentur testimoniā regimintū de hoc lure adeo luculenta, (c) vt dubitare non liceat. Ad haec in vsu cottidiano, omnes Doctores harum terrarum & exteri consentiunt. (d) Agnati contra Iuris communis feudalīs, de non solvendis agnatorum debitīs Leges sequuntur, nisi haec debita feudalīa sint, aut ipsi consenserint, & hic omnia rite se habeant. Fit vero Executio ob debita feudalīa eo modo, vt si debita consentī non munita nec hypothecata adsint, debitor non nisi fructus feudi eo impendat, & in eos immisso decernatur. Qua in re Domini feudi eiusque regimini consensus, ante Deeretum explorandus, & creditor eo adigendus erit, vt obligatione solemini, (Reversales vocant,) de omnibus praestandis feudalib⁹, durante tempore immissionis solvendis, & si casus devoluti feudi forte accidat, de eo tum restituendo caveat. (e) Si vero

13

de-

- (a) STVCK Consil. XXVI. n. 311. sqq. LEYSER de feud. Bruns-  
vicensib. p. 56. sqq.
- (b) Ord. Cancell. Calenb. tit. 36. §. 16. Ord. Ind. Cell. p. 636. sqq. Ord.  
Wolffanb. tit. 75.
- (c) Reg. Cell. de an. 1636. & 1676. ap. LVNIG I. c. p. 1367. & 1371.  
vol. Const. Cell. p. 636. 647.
- (d) MASCOV. H. T. B. Lun. p. 16. ENGELBRECHT Iur. Br. Lu-  
naeb. enucl. Spec. I. th. (e) REISKIVS de feud. Brunsvic. c. 4.  
p. 51. sqq. B. de PVFENDORFF Proc. Civ. Part. III. c. 22. §. 29.  
p. 552. sqq. SIRVU S. I. Feud. cap. 14. aphor. 30. KOCH de  
Expectat. p. 59.
- (e) Constit. Henr. Iul. de an. 1612. ap. LVNIG C. I. F. Tom. II.  
p. 1455. sqq. 1465. sqq. Zell. Hofger. Ordin. Part. III. tit. 2. §. 11.  
12. Ober-Appell. Ordin. tit. 15. PVFENDORFF Proc. Civ. PIV.  
c. 3. §. 8.

debita consensu munifa dari contingat; quorum causa ad alienationem usque progrederi necessum indicent Magistratus, iterum de hacce rerum conditione docendus est feudi Dominus, eiusque iussu praevio, feudum alienatur. Fit tum taxa, monita Vasalli & aliorum advertus eam audiuntur, & tandem his omnibus gestis, feudum venit. (a) Vbi tamen Iura Brunsuigo-Cellestia, debitori, qui parentum culpa in calamitatem incidit, beneficium competitiae in tantura salvum esse volunt, ut adhibitis potioribus creditorum, tam id, quod ipsius sustentationi, quam id etiam, quod servitiis debite praestandis sufficere possit, decernatur.

## §. LII.

Si autem forte fortuna accidat, ut filius feudum enim a loco repudiet, creditori simplici, nihilominus fructus feudi eo usque relinquendi sunt, donec filius abstinens & respective repudians, cum descendenteribus suis, in vivis est. Hoc aequitas suadet, licet iure destituamur. (b) Residuum pretii, pro quo feudum emtum, si consensu Domini munitum non sit, ad debita feudalia spectat, si de iis agatur, qui causam habent a primo acquirente; Sin vero de Domino aut tertio emtore lis oriatur, eum plane non teneri, aquissimum videtur. (c) Dotem uxoris, alias etiam inter debita feudalia computant, si modo de illatio.

(a) Calenb. Cantzley-Ordn. tit. 36. §. 15. sqq. Cell. Hofgerichts-Ordn. l. c. Ober-Appellations-Gerichts Ordnung Part. II. tit. 15. §. 26, Wolfenb.

Hofger. Ordn. tit. 75. Contende LEYSER de feud. Brunsv. p. 57. PVFEND. I. c. P. V. cap. 3. §. 8. p. m. 706, sq.

(b) LEYS. de feud. Brunsv. App. §. 39. lat. eleganter.

(c) ID. Append. §. 40.

illatione constet, cum versio, hac probata, praesumi debat. Sed in terris Brunsuicensibus secus se res habet, sum & versionis probatio requiratur. (a)

## §. LIII.

*Dos filiabus & sororibus, in subsidium demum ex feudo debetur, etiam si aliunde, quam ex hereditariis, bona habeant.* (b) *Eius quantum tale est, ut ex bonis debitibus non oneratis, si v. g. feudum 20000. thaleros valeat, unicæ filiae 2000. thaleri, pluribus autem non ultra 3000. coniunctim dentur, & sic porro. Eo usque vero, donec elocari queant, ipsis vel apud feundi possessorem, vel alibi, pro eius iubitu, Interesse quod vocant huius pecuniae, alimentorum loco quot annis dandum, eo tamen sub moderatione, ut si ultra 3000. thaleros dos aicendere queat, nihil minus 150. thaleri, tantum tribuantur. Vbi tamen partis Vasallorum specialibus, nihil derogatur. Feudo quoque novo, a parente pro tanto aere emto, ut legitima sororibus salva non sit, fratres, pretium illud quo feudum emtum, simul cum aliis bonis computare, & ex toto, legitimam praestare iubentur. (b) *Quibus Constitutionibus, v. t. aequitati & iuri communis consonis, mores terrarum Calenbergico-Cellentium, vix repugnare existime.**

## §. LIV.

(a) *Ord. Cancell. Calenb. tit. 36. § 15 Ord. Supremi Appell. Trib. Part. II. tit 15. dum de executione loquuntur, haec tenus silent, ad versus ergo recurrent periti, interprete MASCOV H. I. Br. Lun.*

p. 17

(b) *Constit. Guelpherbyt. de an. 1703 & 1714. ap. LVNIG p. 1459. fqq. ENGELBR Collat. Iur commun. & Br. Lunæb. c. 7. §. 12. LEYS. I. c. Add. §. 37.*

(c) *Id LEYS. Med ad n. spec. 91. Medit. 12.*

## §. LIV.

De Dotalitio multa disputant. Constitui illud in feudo debet consensu Domini, absque quo si sit, constitutio nihil valet, vti praeter Ius commune, res iudicata de anno cccc xxx. indicat. (a) In primis hoc apud nos controversum est, an dotalitio percepto dos absorbeatur? Apud LEYSERVUM refertur casus, vbi Cancellaria quidem Guelpherbytana, non absorberi dotem dotalitio iudicaverat, contra vero Iuris Consulti Altorsini, supplicatione haud dubie interposita, pro extincione dotis deciderant. Auctor vero citatus, si quidem dotalitium tantum duplicatas viuras contineat, pro restitutione, si quadruplicatas, pro ea absorbenda se determinat. (b) Ethoc Iure, vblibet fere vtimur. (c) Notum itidem est, plerumque dotalitii basin, in illatione dotis collocari. Sed idem auctor, alio loco, (d) in veram transivit sententiam, dotalitium etiam tum deberi, si dos plane non adsit, asserens. Quia in re ii quidem dubitationis invenient nihil, qui Iuris patrii bellaria degustarunt, imo his dubium videbitur, an dubitatio oriri potuerit? (e) Num vero dotalitium, his in regionibus, secundis nuptiis finiatur, altioris indaginis quaestio est, quae si ex antiquis observantiis decifi-

(a) ap. DR. GRVPEN Obs. I. p. 564. Adde. Ord. Polit. Cell. c. 24.

(b) Cit. Diss. Add. §. 39. ENGELBR. Comm. ad π. p. 442. ad CARPZ. pro voeat, qui dotalitium absorberi dicat.

(c) Huc quoque trahi potest d. Ord. Polit. Cell. §. 1. verb sondern (dotalitium sc.) in denen Gütern bleibt, so kan nach Gelegenheit das dotalitium, wohl in etwas höher geletzt werden.

(d) Medit. ad π. Med. CCCXXV. spec. 8.

(e) Solvit cuncta quae hic efferi possent, Ie. Georg ESTOR, in litterisclarum & amicum nomen, Diss. an dotalitium cesset, propter secundas nuptias? cap. VIII.

sionem suam cuperet, omnia pro continuatione, etiam secundis nuptiis durantibus, responderemus. Ideo etiam praeprimis, quia olim ipsi terrarum Domini, non alio modo in dotalitiis suis processerunt, id quod alibi plena manu dicemus. (a)

## §. LV.

Memini hic, me aliquando in his terris audivisse, von Lehenherrlicher und anderer Verwillingung derer Gelber, vor die Land-Eben, in das Lehen. *Constitutum feudale illud vocans, cuius sequentem descriptionem apud SCHOPPIVM (b) lego: Constitutum feudale est: quando simultaneo investitus, favore coniunctae manus, in futurum continuatae, pacllo feudali promittit heredibus alodialibus primi acquirentis, vel feuda antiqua revocantis, denen Lehn-Dochtern aus dem Geschlecht, certum debitum ex feudo devoluto, cum hac constituti clausula: daß sie nicht eher weichen sollen aus dem Lehn, oder er wolte nicht eher volliger Besitzer des Lehns heissen, bis sie daraus so hoch bezahlt. Solet vero interdum ipse quoque Dominus huiuscmodi constitutum assignare. (c) Hoc ergo constituto, ab eo qui constituendi potestatem habet, debite ordinato, heredes alodiales, casu extinti feudi accidente, possessionem eius apprehendere, & interdictis retinendae agere queunt. Constitutum autem, linea illa, in cuius herendum gratiam confectum, adhuc durante, nullo modo o-*

(a) in Meditatione III. praelo parata.

(b) Thes. Feud. Pr. Obs. II. cap. 2. p. 426. vbi in sequentibus late hac de re, ad mores Brunsvicenses agit. Confer KOCH de Expectat. p. 59. sq.

(c) Id KOCH I. c.

